

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros Sententiarum

AUSPICIIIS

HANNES RÜCKERT†

collaborantibus Martino Elze, Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1984

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

BX 1749 .P4 B5 1973 v.2
BIEL, GABR 3171884 v.2
COLLECTORIUM CIRCA QUATTUOR
LIBROS SENTENTIARUM

GABRIELIS BIEL

Collectorium circa quattuor libros Sententiarum

Liber secundus

Collaborantibus Volker Sievers et Renata Steiger

ediderunt

WILFRIDUS WERBECK

et

UDO HOFMANN



1984

J.C.B. MOHR (PAUL SIEBECK) TÜBINGEN

UNIVERSITY OF DALLAS LIBRARY

INDEX CONTENTORUM

Introductio	XI
Sigla editionum et codicum manuscriptorum, quae in apparatu I adhibuimus . . .	XVI
Liber II	1
Praefatio	3
Conspectus materiae libri secundi	3
Distinctio I	4
Q. 1: Utrum creatio actio, qua Deus denominatur formaliter creans, differat a creatore ex natura rei; vel: Utrum creatio passio distinguitur a creatura	4
Q. 2: Utrum Deus sit prima et immediata causa omnium effectuum	18
Q. 3: Utrum Deus potuit mundum creasse ab aeterno	33
Q. 4: Utrum creare repugnet creaturae	55
Q. 5: Utrum Deus sit causa finalis omnium	61
Q. 6: Utrum angelus et anima intellectiva distinguantur specie	80
Distinctio 2	85
Q. 1: Utrum tempus sit mensura angelorum	85
Q. 2: Utrum angelus sit in loco per suam substantiam	101
Q. 3: Utrum angelus possit moveri localiter	109
Distinctio 3	114
Q. 1: Utrum omnes angeli inter se personaliter discreti essentiali specie sint distincti	114
Q. 2: Utrum angelus intelligat se et alia per essentiam suam vel per species a rebus acceptas vel a Deo infusas	119
Distinctio 4	159
Q. un.: Utrum angeli boni et mali in sua creatione fuerint donis gloriae, gratiae et naturae perfecti	159
Distinctio 5	172
Q. un.: Utrum angelus meruit suam beatitudinem in instanti creationis aut in mora temporis posterioris	172
Distinctio 6	181
Q. un.: Utrum primum peccatum primi angeli pertinet ad speciem superbiae fuerit simpliciter irremediabile	181

CIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Biel, Gabriel.

[Collectorium circa quatuor libros sententiarum]

Gabriele Biel collectorium circa quatuor

libros sententiarum / auspiciis Hanns Rückert,

collab. Martino Elze . . . ed. Wilfridus Werbeck

et Udo Hofmann. – Tübingen : Mohr

(Einheitsacht.: Collectorium super quatuor

libros sententiarum

NE: Werbeck, Wilfrid [Hrsg.]

Werbeck, Wilfridus; Gabriel (Biel)

2. Liber secundus / collab. Volker Sievers et

Renata Steiger ed. Wilfridus Werbeck et Udo

Hofmann. – 1984.

ISBN 3-16-144721-2

ISBN 3-16-144721-2

Gedruckt mit Unterstützung der Deutschen Forschungsgemeinschaft

© J. C. B. Mohr (Paul Siebeck) Tübingen 1984. Alle Rechte vorbehalten. Ohne ausdrückliche Genehmigung des Verlags ist es auch nicht gestattet, das Buch oder Teile daraus auf photomechanischem Wege (Photokopie, Mikrokopie) zu vervielfältigen. Printed in Germany. Satz und Druck: Laupp & Göbel, Tübingen 3 (Klischberg). Einband: Großbuchbinderei Heur. Koch, Tübingen

Distinctio 7	200
Q. un.: Utrum obstinatio diaboli in malo stare possit cum libero eius arbitrio	200
Distinctio 8	214
Q. 1: Utrum angeli naturaliter incorporei possint assumere corpora et in eis exercere opera vitae	214
Q. 2: Utrum daemones humana corpora possidentes illabuntur animabus et suis praestigijs illudant humanis sensibus	226
Distinctio 9	242
Q. 1: Utrum novem angelorum ordines in hierarchia triplici secundum dona gratia et officia sunt distincti	242
Q. 2: Utrum per actus hierarchicos superiorum ordinum angeli possunt inferiores illuminando mentaliter eis loqui	257
Distinctio 10	278
Q. un.: Utrum omnes spiritus intellectuales a solo Deo mittantur ad homines viatores	278
Distinctio 11	284
Q. un.: Utrum cuilibet homini deputatur angelus bonus a natiuitatis suae principio usque ad praesentis vitae terminum eius custodiae assignatus	284
Distinctio 12	297
Q. 1: Utrum materia prima sit aliqua entitas positiva a forma distincta	297
Q. 2: Utrum caelum habeat materiam eiusdem rationis cum materia illorum inferiorum elementorum et mixtorum	308
Distinctio 13	319
Q. un.: Utrum lux a nocte primam distinguens diem causat lumen tanquam distinctam a se qualitatem	319
Distinctio 14	328
Q. un.: Utrum aquae superiores per firmamentum ab inferioribus divisae die secunda sint de caelesti vel elementari natura	328
Distinctio 15	345
Q. un.: Utrum elementa, ex quibus constant animalium corpora realiter, manent in eis substantialiter	345

Distinctio 16	356
Q. un.: Utrum, sicut anima intellectiva, sensitiva et vegetativa in eodem homine, ita eiusdem animae potentiae inter se et ab anima sunt distinctae	356
Distinctio 17	388
Q. 1: Utrum anima rationalis sit ex traduce et educa de potentia materiae	388
Q. 2: Utrum paradysus sit corporalis voluptatis locus a Deo a principio plantatus	401
Distinctio 18	408
Q. un.: Utrum in costa Adae fuerat ratio seminalis, per quam de ea productum sit corpus mulieris	408
Distinctio 19	417
Q. un.: Utrum homo pro statu innocentiae habuit corpus immortale	417
Distinctio 20	425
Q. un.: Utrum tantummodo electi fuissent in statu innocentiae geniti et hi statim post generationem in gratia confirmati	425
Distinctio 21	435
Q. un.: Utrum omne peccatum hominis oritur ex tentatione daemonis	435
Distinctio 22	443
Q. 1: Utrum peccatum per protoplastum Adam commissum non tantum peccato Evae, sed omnium sit gravissimum	443
Q. 2: Utrum peccatum Adae fuit per ignorantiam excusabile	452
Distinctio 23	463
Q. un.: Utrum Deus facere posset voluntatem rationalis creaturae per naturam impeccabilem	463
Distinctio 24	471
Q. un.: Utrum portio animae superior et portio inferior sint potentiae aliquo modo ab invicem distinctae	471
Distinctio 25	480
Q. un.: Utrum liberum arbitrium sit aliquid a ratione et voluntate distinctum	480
Distinctio 26	
Q. un.: Utrum operans et cooperans gratia distinguantur realiter a caritate infusa	

Distinctio 27	508
Q. un.: Utrum anima per actum elicium a voluntate et gratia, qua informatur, praerogativum aeternum de condigno mereatur	508
Distinctio 28	527
Q. un.: Utrum hominis liberum arbitrium possit sine gratia actum bonum moraliter elicere, peccata mortalia cavere et divina praecepta adimplere	527
Distinctio 29	546
Q. un.: Utrum homo in statu naturae integrae gratiam habuit, qua aequae efficaciter sicut post lapsum mereri potuit	546
Distinctio 30	555
Q. 1: Utrum iustitia originalis in primo parente fuit donum supernaturale	555
Q. 2: Utrum peccatum originale sit aliquod positivum in anima vel in carne	562
Distinctio 31	577
Q. un.: Utrum peccatum originale in anima proles lege propagationis genitrici contrahatur ab anima vel a carne	577
Distinctio 32	580
Q. un.: Utrum per sacramentum baptismatis tollatur reatus culpae originalis	580
Distinctio 33	585
Q. un.: Utrum, sicut in prolem non transeunt proximorum parentum peccata, ita transus peccati poena in prole sit levissima	585
Distinctio 34	597
Q. un.: Utrum malum, quod non est ab aliquo efficiente, sit a bono sicut a causa deficiente	597
Distinctio 35	607
Q. un.: Utrum peccatum ab Augustino et Ambrosio definitum sufficienter sit entitas positiva vel tantum privatio boni formaliter	607
Distinctio 36	621
Q. un.: Utrum omne peccatum et omnis culpa sit alicuius peccati poena	621
Distinctio 37	632
Q. un.: Utrum Deus sit causa efficiens immediata actualis culpae quantum ad actum impositum per peccatum substrative	632

Distinctio 38	648
Q. un.: Utrum voluntatis, finis et intentionis sit distinctio realis aut tantum rationis	648
Distinctio 39	655
Q. un.: Utrum synderesis, quae rationis scintilla dicitur, et conscientia sint in intellectu aut affectiva potentia	655
Distinctio 40	667
Q. un.: Utrum ex sola intentione finis attendatur bonitas operis	667
Distinctio 41	673
Q. un.: Utrum inter humanos actus aliquis indifferens sit dicendus	673
Distinctio 42	693
Q. un.: Utrum actus exterior, qui a voluntate imperatur, habet bonitatem vel malitiam propriam, propter quam magis quam solus interior voluntati imputatur	694
Distinctio 43	703
Q. un.: Utrum omne peccatum ex malitia commissum sit peccatum in Spiritum Sanctum	703
Distinctio 44	711
Q. un.: Utrum peccandi potentia sit a Deo creaturae rationali concessa	711

Item: Illud *Dionysii* cap. 4 De divinis nominibus: »Multitudo daemonum est causa omnium malorum sibi et aliis«, et illud *Damasceni*: »Omnis malitia et omnis immundicia a diabolo excogitatae sunt.«

[Articulus 3]

[Dubium]

G Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: Utrum tentatio, qua diabolus tentat hominem, oritur ab invidia vel superbia diaboli.

Responsio secundum sanctum *Bonaventuram*: Haec duo peccata, superbia et invidia, sunt paene »inseparabilia«, et »unum conitatur ad alterum. Superbus enim amat excellentiam, et ita nullum vult parem, et per hoc »appetit excellentiam singulariter possidere, et ideo statim actu vel habitu invidet, cum nolit »bono consimili bono quod appetit« alterum communicare. »Mens ergo diaboli his duobus vitiis possessa« est. Nam »ex his« vitiis, ut dicit *Augustinus*, »qui prius fuit Lucifer, diabolus factus est«. Videns statum hominis, »in quo potuit cadere« et ascendere, et cadendo »sub diabolica potestate« redigi, ascendendo »ad supernam civitatem, unde ipse cecidit«, pervenire, »ex superbia motus est simul et invidia ad ipsum tentandum. Ex superbia, ut ipsum sibi subiceret; ex invidia, ut ipsum a superna felicitate impederet. Fuit ergo superbia tamquam movens primum, invidia vero sicut movens primum et immediatum. — Esto tamen »quod non posset dominum super ipsum acquirere, studuisse« nihilominus »ipsum a paradisi gaudiis impedire. Et ideo Scriptura dicit« »diabolum ex invidia hominem« tentasse; Sap. 2: »Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum.« Et *Magister*: »Videns diabolus hominem per obediencie humilitatem posse ascendere unde ipse per superbiam corruerat, invidit ei. Et qui prius per superbiam diabolus fuerat, id est deorsum lapsus, zelo invidiae factus est Saltem id est adversarius.«

Paret ergo ad dubium responsio, quod tentatio diaboli ex utroque vicio orta est. Fuit tamen superbia radix prima, invidia radix proxima.

Multa alia dubia hic moveri possent de tentatione, quorum aliqua post in aliis distinctionibus tanguntur, aliqua et plura ad hanc materiam facientia tacta sunt in Expositione canonis missae lect. 78.

17 Illud Illa G
G 2 diaboli om. GTr

4 unum TrTBL (*Bonav.*) om. G | conitatur GTBL (*Bonav.*) conitatur Tr

17/18 Cf. Ps. Dionys. ib. (*Dionysia* 1, 231; cf. MPG 3, 716 A); cit. apud Thom. ib. arg. 1.
18/19 Cf. Damasc., De fide orth. c. 18 §4 (*Baylaert* 77, 328; MPG 94, 877 [II c. 4]); cit. apud Thom. ib.
G 3/16 Cf. Bonav. ib. a. 1 q. 1 resp.
89 Cf. Aug., De sanct. virg. c. 31 n. 31

(MPL 40, 413); alleg. apud Bonav. ib. Verba sunt ex Bonav.
16/17 Sap. 2, 24; cit. apud Bonav. ib. arg. 1.
17/20 Lomb. ib. c. 1 n. 1 (c. 1 n. 16; MPL 192, 694).
25 Cf. Biel, Expos. lect. 78 D - S (III 300-319).

DISTINCTIO VICESIMA SECUNDA

(Summarium Textus)

Dicitur est de peccato hominis quantum ad diabolum tentantem. In hac dist. 22 agit de eodem quantum ad hominem transgredientem. Agit enim de peccato primi hominis quantum ad eius originem ex parte hominis peccantis, gravitatem et peccatum ignorantiam.

Colligitur autem sententia Textus in his tribus conclusionibus:

Prima conclusio: Non ex simili superbia, qua prodit peccatum Evae, ortum duxit transgressio Adae.

Secunda conclusio: Mulier quamvis plus viro peccavit, neutrum tamen ignorantia, quae dissimiliter in utroque fuit, ultatenus excusavit.

Tertia conclusio: Ex diaboli persuasione et bono hominis liberi arbitrii voluntas mala prodit, qua primus parens iustitiam deseruit et iniquitatem inchoavit.

QUAESTIO PRIMA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum peccatum per protoplastam Adam commissum non tantum peccato Evae, sed omnium sit gravissimum

Praemissis notabilibus pro articulo primo, subiunguntur conclusiones cum dubiis pro secundo et tertio articulis.

[Articulus 1]

[Notabile 1]

Quantum ad primum praesuppositis his, quae dicta sunt dist. 6 quaestione unica circa principium de actibus voluntatis et eorum ordine et differentiis, notandum quod secundum *Anselmum* et *Magistrum* primum peccatum Adae non fuit immoderatus amor sui, sed »immoderatus amor« suae »uxoris«, quam »noluit contristare, quam

6, 8, 10 conclusio om. GTr
A 2 peccato om. GTr in textu, sed add. Tr in marg.

8 quae] add. G: supra
11 contristare GTr (*Aug.*, *Lomb.*) contristari TBL

67 Cf. Lomb. II d. 22 c. 1-3 (c. 1-4 n. 177-181; MPL 192, 697s).
89 Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 1 - c. 5 n. 2 (c. 5-10 n. 182-187; MPL 192, 698-700).
10/11 Cf. Lomb. ib. c. 5 n. 3 - c. 6 (c. 11s; MPL 192, 700).
11/14 Cf. Scot. II d. 21 q. 2 n. 2 (VII, 835). Cf. Aug., De Gen. ad litt. XI c. 42 n. 59 (MPL 34, 453s); cit. apud Lomb. ib. c. 4 n. 3 (c. 5 n. 182; MPL 192, 698) et apud Scot. ib.
A 89 Cf. Biel II d. 6 A.

credidit sine suo consortio tabescere et a se alienatam penitus interire». Unde amor Adae ad uxorem suam «non fuit amor concupiscentiae vel libidinis, quia ille nondum fuerat» ante peccati consummationem, sed amor cuiusdam amicitiae. «Ex isto autem amore immoderato sequebatur voluntas complendi illud, quod non fuit licitum; et sic violavit, quod prohibitum fuerat de esu pomi. Hoc autem praeceptum non fuit de illicito »ex natura rei, sicut sunt praecepta »prohibitiva »decalogi». Illa enim sunt de lege naturae laege, etiam si nulla prohibitio super hoc fuisset data. »Eius enim illius ligni in se non fuit de genere »malus, sed solum malus »quia prohibitus ad experendum oboedientiam eorundem».

[Notabile 2]

Secundo notandum circa peccatum Evae, quod secundum sanctum *Bonaventuram* et »textus innuit et expresse dicit *Apostolus*, principale peccatum, propter quod lapsus est homo, fuit inobedientia. Per hanc mors in omnes posteros derivatur. »Sicut enim per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius oboedientiam iusti constituti sunt multi», Rom. 5. Unde ad inobedientiam Evam diabolus inducere intendebat. »Quod patet per principium suae interrogationis: »Cur praecepti vobis Deus, inquit, etc. Sed quoniam nemo operatur ad malum aspiciens nec appetit malum, nisi sub specie boni, ideo clare deprehendens diabolus quod non posset mulierem in peccatum praecipitare, nisi proponeret aliquod appetibile, illam tentando proposuit fallaciter, ad quae omnis homo secundum veritatem tendit naturaliter. Naturaliter enim omnis homo beatitudinem appetit; quod est bonum gloriosum, copiosum et deliciosum. Ideo omnis homo naturaliter appetit excellentiam, sufficientiam et laetiam. Et in eorum appetitu ordinato consistit iustitia, in inordinato vero consistit culpa. »Hinc ad haec tria *Iohannes* reducit omnem inordinatam mundi concupiscentiam, dicens: »Omne quod est in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, superbia vitae». Ioh. 2. »Superbia non est aliud quam inordinatus appetitus »propriae »excellentiae», ut habitum est supra dist. 6. »Avaritia non est aliud quam immoderatus appetitus »propriae »sufficientiae. Gula »autem »non est aliud quam immoderatus appetitus cibi reficientis suavitatis».

12/13	amor. . . . suam om. GTr	16	inordinatus G ^r TrTBL] immodera-
14	ante . . . consumnationem om. GTr		tus G (Bonav.)
B 3	omnes G (Bonav.)] homines TrTBL posteros GTr (Bonav.)] posterio- res TBL	18	immoderatus GTr (Bonav.)] inor- dinatus TBL propriæ om. GTr (Bonav.)
10	fallaciter TBL (Bonav.)] add. G su- pra lineam et Tr: ea		

B 2/3	Bonav. II d. 22 a. 1 q. 1 resp.	7/8	Ps.-Dionys., De div. nom. c. 4 § 31
2	»textus »dicti apud Bonav. textum Gen 3, 11, quem cit. ib. sed c. 1.	15/16	Ioh. 2, 16; partim cit. apud Bonav. II d. 21 dub. 3.
3/5	Rom 5, 19; partim cit. apud Bonav. ib. sed c. 1.	16/26	Bonav. II d. 22 a. 1 q. 1 resp.
6/14	Bonav. ib. resp.	17	Cf. Biel II d. 6 E 10s.
6/7	Gen 3, 1; cit. apud Bonav. ib.		

»Considerans ergo diabolus hanc esse viam praecipitandi mulierem in culpam, primo promittit dignitatis excellentiam: »Eritis, inquit, sicut dii; subiunxit cognitionis abundantiam: »scientes bonum et malum; postremo praetendit suavitatis experientiam, cum ostendit lignum pulchrum visui et ad vescendum suave. Quoniam ergo mulier diabolicae »promissioni credidit, eius etiam »suggestioni consentit, ideo primo in appetendo esse sicut Deus fuit superbia, in appetendo scire bonum et malum, quod non oportebat, et scire plus quam oportebat fuit avaritia. »(»licet non fuerit avaritia proprie dicta secundum quod dicitur esse appetitus pecuniae, fuit tamen avaritia secundum quod dicitur appetitus »immoderatus »sufficientiae«). »Postremo in experiendo suavitatem ligni ventii fuit gula. Et in hoc culpa transgressionis et inobedientiae fuit involuta. — Et sic patet quod peccatum mulieris inchoatum fuit in superbia, progressum habuit in avaritia, consummationem vero in gula »in actu comedendi contra praeceptum et ita terminatum in inobedientia. — »Patet etiam quod inordinata fuit quantum ad triplicem potentiam, scilicet quantum ad irascibilem, dum appetit alta; quantum ad rationalem, dum appetit scire occulta; quantum ad concupiscibilem, dum vult gustare suavia. Unde ex illo peccato pullularunt radices omnium peccatorum.»

Ex his patet, quomodo differenter peccavit Eva et Adam. Adam quidem, ut dictum est principiative, ex immoderato amore amicitiae mulieris, mulier vero ex fastu superbiae, quo appetit fieri sicut Deus; licet *quidam* dicere voluerunt, ut tangit *Magister*, »quod Adam idipsum quod mulier appetit, concupivit, sed non credidit sicut mulier, et propter hoc factus est superbus, non tamen dicitur seductus. Appetere enim potest aliquis, ad quod se posse pervenire non credit, »quia non quod possit, sed quod velit attendit ambitionis flagitium».

Sed quia »haec opinio non consonat verbis *Augustini*, qui »expresse videtur sentire oppositum», ut patet in *Littera*, nec verisimile est quod vir tantae rectitudinis, quantae fuit Adam ante peccatum, »appeteret aliquid, ad quod se crederet non posse pervenire, ideo opinio contraria probabilior videtur, »quod vir in appetibili et principali motivo non fuit conformis mulieri transgrediendo, licet esset ei conformis in transgressione mandati divini. Uterque quidem inobediens fuit, sed aliter vir quam mulier ad inobedientiae culpam prolapsus est. Non enim vir pomum comedit propter appetitum excellentiae in assimilatione sui ad Deum nec propter appetitum suffi-

21	promittit GTr (cf. Bonav. promissio) praemittit TBL	32	contra ... inobedientia om. GTr (cf. Bonav.)
23	et GTBL (Bonav.) om. Tr	4/5	sicut mulier GTr (Bonav.) om.
27	secundum GTrL (Bonav.) sed TB	14	est om. G
21/23	Gen 3, 5s; cit. apud Bonav. ib.	3/5	Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 9 (c. 7 n. 15s; MPL 192, 639).
26/28	Bonav. ib. ad arg.	8/17	Bonav. ib.
28/31	Bonav. ib. resp.	8/9	Cf. Aug., De Gen. ad lit. XI c. 42 n. 58-60 (MPL 34, 453s); cit. apud Lomb. ib. c. 3 n. 3 - c. 4 n. 4 (c. 4s n. 180-182; MPL 192, 638).
31/32	Cf. Bonav. ib. ad arg.		
32/36	Bonav. ib. resp.		
C 1/2	V. supra A 11-14.		
3/7	Bonav. II d. 22 a. 1 q. 2 resp.		

cientiae in multorum «curiosa» cognitione nec propter appetitum suavitatis in cibi degustatione sicut fecit mulier», quae haec a serpente promissa fieri credidit et appetiit, propter quod se deceptam asserit: «Serpens», inquit «decepi me». Et *Apostolus* 1 Tim. 2: «Vir non est seductus, sed mulier». — In hoc autem Adam non est seductus, quia non credit verum esse, quod per serpentem diabolus dixit: «Eris sicut illic, sicut mulier credidit, nec excusando se ad Deum dixit: «Mulier decepi me», sed: «Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, et comedi». «Fuit tamen in viro quaedam superbia, quaedam avaritia et quaedam lascivia, per quas perductus est ad inobedientiam. Quodammodo enim superbiuit, dum se nimis magni pretii apud Deum aestimavit et tanti, quod propter comestione illius cibi non incurreret gravitatem alicuius supplicii, sed facile consequeretur veniam de offensa. Fuit etiam quaedam avaritia, dum curiose scire voluit, quid sibi eveniret, dum cibum vetitum gustaret», quia vidit mulierem gustasse et mortuam non esse. «Fuit etiam quaedam lascivia, non carnalis delectationis, sed cuiusdam amicalis affectionis, qua frequenter offenditur Deus, ne contisteretur proximus», ut dicit *Magister*. Unde et Dominus ipsi sum arguit: «Quia audisti vocem uxoris et comedisti de ligno, ex quo praecepi tibi, ne comederes». «Et per haec perductus est» Adam «ad inobedientiam et divini mandati transgressionem».

Haec autem eliciuntur ex verbis beati *Augustini* Super Genesim ad litteram, quae adducit *Magister* in Littera. Quoad primum dicit: «Non est putandum quod homo deiceretur, nisi praecessisset in eo quaedam elatio comprimenda». «Praecessisset non tentationem, sed mandati transgressionem per ponti comestione, exponit *Magister*. Quoad secundum dicit *Augustinus*: «Voluit Adam lignum vetitum experiri, cum non videret mulierem mortuam esca illa percepta». Quoad tertium ait: «Voluit eam contristare, quam credebatur sine solatio tabescere et a se alienatam intire». Patet ergo «quod Adam non appetiit esse sicut Deus sicut mulier». Quod si alicubi dicitur, intelligendum est vel «quia divinum contempsit imperium et suam voluntatem divinae praeiussioni», et hoc est «Deo aequiparari» velle, sicut de quolibet

16 curiosa om. Tr
40 contistare (*Bonan. et vide supra A 11*) contristari GYTBL
41 alicubi] alicui T
42 dicitur GTr (*Bonan.*) dicitur TBL

18 Gen 3,13; cit. apud Bonav. ib. arg. 4.
19 1Tim 2,14; cit. apud Bonav. ib. arg. 1.
1922 Cf. Bonav. ib. arg. 4. Cf. etiam Aug. et Lomb. ib.
2021 Gen 3,5.
22 Gen 3,12; cit. apud Aug. et Lomb. ib.
2230 Bonav. ib. resp.
2330 Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 3 (c. 5 n. 182; MPL 192, 698).
3031 Bonav. ib.
3132 Gen 3,17; alludit ad locum illum Bonav.

3233 Bonav. ib.
3436 Bonav. ib.
3540 Aug., De Gen. ad litt. XI c. 5 n. 7, c. 42 n. 60; c. 42 n. 59 (MPL 34, 432, 433a); cit. apud Lomb. ib. c. 1 n. 3; c. 3 n. 4; c. 4 n. 3 (c. 1, 4, 5 n. 177, 181a; MPL 192, 697a) et apud Bonav. ib. Citaciones sumit Biel ex Bonav.
3637 Cf. Lomb. ib. c. 1 n. 7 (c. 2 n. 176; MPL 192, 697).
4146 Cf. Bonav. ib.

mortaliter peccante dicit *Anselmus* et *Bernardus*, vel quia peccatum mulieris, quam regendam accepit, «sibi imputatur» pro eo quod eam non compeccavit, vel quia quod mulieris est, pro quanto de ipso sumpta est et quasi pars eius est, ipsi attribuitur.

[Notabile 8]

Tercio notandum quod (quantum nunc sufficit, quia postea in materia peccatorum D actualium pertinentius dicitur) gravitas peccati ex multis attenditur: Quandoque ex intrinseca ratione peccati, quia opponitur magno bono formaliter, quod et privat. Sic odium Dei maximum malum est, quia formaliter opponitur caritati Dei, quae est maximum bonum. — Attenditur quandoque ex arbitrate vel pluralitate praecepti vel 5 praeceptorum illud peccatum prohibentium. Sic graves sunt transgressiones praeceptorum primae tabulae quam secundae, et gravior est sacrilegium quam simplex furtum, et gravior patricium quam homicidium simplex. — Attenditur etiam ex maiori peccandi libidine, ad quam sequitur maior contemptus, item ex gravioris damni sequela, item ex multiplici circumstantia accidentalit, ut personae dignitate, resi- 10 stendi fortitudine, maiori ingratitudine, et sic de aliis multis.

Et secundum haec peccata habent se ut excedentia et excessa in gravitate. Simpliciter tamen gravior est ex genere sive obiecto, quod scilicet formaliter repugnat maiori bono, et ita erit circa obiectum magis bonum; similiter ubi plures rationes 15 gravitatis et malitiae concurrunt.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Peccatum Adae non fuit E gravissimum peccatum simpliciter.

Probat. Quia non fuit gravissimum ex intrinseca ratione peccati, quia non fuit in Deum tamquam in obiectum. Nec formaliter oponebatur caritati Dei, quamvis illam privat demeritorie sicut quodlibet mortale. Nec fuit contra praeceptum maxime arduum, quia non prohibens rem ex natura illicitam, immo hoc respectu minus grave quam quodcumque peccatum contra praeceptum qualecumque decalogi, ut dicit *Scotus*. Nec processit ex maxima libidine, ut patet ex notabilibus. His autem rationibus attenditur simpliciter gravitas peccati.

D 3 Sic] Sicut Tr; Sic et TBL
8 ex om. GTr
10 accidentalit GTr (cf. *infra E 118, 246a*) actualit TBL
E 4 in om. GTr | illam GTr (cf. *supra D 3*) illa TBL
6 illicitam] illicita Tr
8 processit] praecessit Tr

44 Cf. Anselm., De casu diaboli c. 4 (Schmitt I, 241, 29 — 242, 10; MPL 158, 332a); alleg. apud Scot. II d. 21 q. 2 n. 5 (VI/2, 837). Cf. Bern. Clarevall., De gradibus humil. et superbiae, c. 20 n. 50 (Undecimus gradus) (Teclercq-Rochais III, 53a; MPL 182, 968).
D 1/2 Cf. Biel II d. 35 N.
2/3, 5/6 Cf. Scot. ib. n. 3 (VI/2, 885).
E 3/7 Cf. Scot. ib. (VI/2, 886).
V. supra A 12-14.

10 [Conclusio 2]

Secunda conclusio: Ex quibusdam accidentalibus circumstantiis peccatum Adae fuit gravissimum, comparando ad peccata omnium hominum.

Patet, quia ex sequela, quia maximum damnum extensive, non intensive, intulit. Quia totum genus humanum infect et originali iustitia spoliavit. – Similiter ex qualitate personae: Quia Adam fuit persona dignissima ad resistendum, fortissima propter originalis iustitiae adiutorium, et per hoc ex maiori ingratitude processit.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Peccatum Evae simpliciter gravius fuit peccato Adae.

Patet sicut prior conclusio: Quia processit ex maiori superbia volentis assimilari Deo et credentis hoc fieri posse, et per hoc ex maiori libidine et contemptu Dei, ut patet ex dictis. Haec autem sunt, quae faciunt peccatum simpliciter gravius. Cuius etiam signum: Quia graviori poena mulier quam vir punita est.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: Ex circumstantia accidentali dignitatis personae, resistendi fortitudine, prudentia et vigore damni et sequelae gravius fuit peccatum Adae quam Evae. Nam persona Adae dignior fuit, maiori prudentia et fortitudine praedita, cuius transgressio in totam posteritatem redundavit; non sic peccatum Evae, nisi in quantum fuit occasio peccati Adae. Si enim Adam non peccasset, propter peccatum Evae genus humanum non perisset. Non enim Eva, sed Adam principium fuit totius generis humani.

[Articulus 3]

[Dubium]

F Quantum ad tertium articulum est dubium: Utrum primum peccatum Adae potuit esse veniale.

Hic tam sanctus *Bonaventura* quam *Scotus* recitant duas opiniones.

Una, quae tenet partem negativam. Cuius motivum est:

(1.) Quia primum peccatum necessario corrumpit summam rectitudinem; sed veniale non corrumpit eam, quia ei non contrariatur; ergo primum non potuit esse veniale.

– Maior patet, quia summa rectitudo excludit omne peccatum.

(2.) Item: «Quandiu vires superiores fuerunt ordinatae ad Deum», non potuit esse «obliquitas in inferioribus»; primum ergo peccatum fuit deordinatio in viribus superioribus; sed omnis talis est mortalis.

12	comparando] comparanda T	27/28	ingruntum] quatenus GTT
13	quia (2) GTr (cf. <i>infra lin. 14s</i>) quia	28	Adae om. BL
	TB: quae L	F 1	articulum om. TBL est om. BL
26	fuit om. G	6	primum] add. Tr: peccatum
11/12	Cf. Scot. ib. n. 4 (VI/2, 837).	F 1/2	Cf. Bonav. II d. 21 a. 3 q. 1; Scot. II
18	Cf. Scot. ib.		d. 21 q. 1 n. 1 (VI/2, 830).
20/21	V. supra B 28-30.	5/7	Cf. Scot. ib. n. 2 (VI/2, 831).
24/27	Cf. Scot. ib.	8/10	Cf. Scot. ib.

(3.) Item: Peccatum est veniale propter prontatem hominis ad illud; sed in statu innocentiae nulla fuit prontitas ad peccatum, quia nulla deordinatio virium; ergo ibi non potuit esse peccatum veniale.

(4.) Item: Peccatum «autem innocentiam» et per consequens immortalitatem. Quod aufert immortalitatem, infert mortem; sed omne peccatum inferens mortem est mortale; ergo peccatum auferens innocentiam non poterat esse nisi mortale.

(5.) Item: Homo in innocentiam constitutus, «cum nullum habuit impellens» contra regulam rectitudinis, illam relinquere «non poterat nisi contemnendo divinam iustitiam, foedando suam innocentiam et corrumpendo suam naturam»; haec autem non operatur veniale, sed mortale.

Haec sunt rationes *Bonaventurae*, propter quas huic opinioni tanquam probabiliori assentit.

Alia est opinio tenens partem affirmativam, quod primum peccatum potuit esse veniale.

Moveatur illa opinio:

(1.) Quia perfectior est gratia originali iustitia; et peccatum veniale stat cum gratia; ergo stare potest cum originali iustitia.

(2.) Item: Cum otiosum verbum sit veniale ex genere, non fit mortale nisi cadat «super ipsum praeceptum» aut nisi fiat ex contemptu speciali; in statu innocentiae nullum fuit datum praeceptum de vitando verbo otiosum, quia non habuit homo in illo statu nisi triplex praeceptum, scilicet de comendo de lignis paradisi, de multiplicando genus humanum et de non sumendo de ligno scientiae boni et mali, et Adam potuit proferre verbum otiosum sine contemptu; ergo peccare venialiter.

Propter hanc rationem *Scotus* hanc opinionem reputat probabilior.

Unde pro argumentorum pro prima opinione inductorum solutione notandum «quod peccatum mortale distinguitur a veniali non in hoc, quod unum est respectu finis, scilicet mortale, veniale autem respectu horum quae sunt ad finem». Utrumque enim importat quandam deordinationem respectu finis. Sed «mortale est deordinatio» quaedam «opposita ordinationi, sine qua finis nullo modo potest consequi». Et illa ordinatio est, quae cadit sub praecepto. «Et ideo omnis deordinatio contra praeceptum cadit a fine necessario»; ideo est peccatum mortale. – «Sed est alia ordinatio respectu finis consequendi non necessaria, sed utilis» ad consequendum finem, propter quam perfectius sive citius potest consequi finis, «quae non est sub praecepto». Et deordinatio opposita huic est «venialis sive» veniale peccatum, quia non fa-

11	hominis om. G	7	cadit GTr (v. <i>infra lin. 12</i>) ducit
16	mortale] immortale TB		TBL
19	haec] hoc TBL	10	propter GTr+TBL per Tr quam]
G 4	finem] veniam G (<i>erratum scripto- ris</i>)		quem TBL est Tr+TBL (Scot.)]
		11	cadit GTr (Tr in marg.)
			venialis sive om. GTr (Scot.)

11/13	Cf. Bonav. ib. sed c. 1.	26/27	Cf. Scot. ib. (Contra) (VI/2, 831).
14/16	Cf. Bonav. ib. sed c. 5.	28/33	Cf. Scot. ib. et Bonav. ib. arg. 4.
17/20	Cf. Bonav. ib. resp., op. 2.	G 3/13	Scot. ib. n. 3 (VI/2, 832).

cit cadere a fine necessario, sed facit, quod actus non procedit meliori modo, quo a tali agente fieri potest.

15 Dicitur ergo quod Adam nedum actum deordinatum contra praeceptum a immediate facere potuit, sed etiam non ita opportune sicut expediret, ut non faciendo maxime expedientia vel faciendo aliqua retardantia, licet non faceret directe contra praeceptum necessarium ad finem. Poterat ergo venialiter peccare. Non enim habuit praeceptum ad vitandum omnem deordinationem, quia nimis graviter Deus obligasset viatorem, si eum obligasset de necessitate salutis ad faciendum semper quod melius fuisset vel ad vitandum quodcumque retardativum a meliore.

20 Et per hoc ad rationes pro opposita opinione:

H Ad primum, quod summa rectitudo aut est habitus gratiae vel iustitiae originalis intensior possibilis viatori de communi lege, aut est rectitudo excludens omnem curvitatem et obliquitatem quantumcumque modicam. Primo modo accipiendo, veniale stat cum summa rectitudine, sicut et nunc de viris perfectissimis dicit *Iohannes*: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Huic enim rectitudini peccatum veniale non repugnat, neque actui eius, sicut et nunc actum meritorium valde excellentem potest sequi aliquis vana gloria, quae est peccatum veniale, quae tamen non minuit gratiam nec tollit meritum actus. Si autem accipitur rectitudo summa pro ea, quae excludit omne peccatum, sic negatur quod veniale non corrumpat rectitudinem. Sic enim omne peccatum, et mortale et veniale, contrariatur summae rectitudini.

Ad secundum dicitur negando, quod omnis deordinatio in viribus superioribus sit mortalis. Nam levis motus per surreptionem contra articulum fidei est deordinatio in virtute superioris, quia potest esse circa tale obiectum, quod considerari non potest nisi a virtute superiori, ut circa Deum esse trinum et unum. Tamen non omnis talis levis motus est peccatum mortale, licet sit in portione superiori.

Ad tertium patet per iam dicta, quod peccatum veniale non solum est quod accidit ex promissione ad malum, sed quandoque accidit solum ex libero arbitrio, circa tamen transgressionem praecepti.

Ad quartum potest dupliciter dici: Uno modo negando, quod auferat immortalitatem eo modo, quo immortalitas convenit statui innocentiae, licet auferat innocentiam, quoniam non oportet quod pro peccato veniali respondeat mors, sed contritio

12	procedit] rececit G	3	excludens] includens Tr
14	nedum] nondum G (Scol.: non tantum)	4	accipiendo] add. GTr: peccatum et om. Tr
17	Poterat] Potuit GTr	8	patet om. GTr
H 1	rationes Tr] rationem GTr+TBL	18	quod] ut G; om. T pro om. GTr
2	primum] primum GTr	23	

14/17	Scol. ib.	13	V. supra F 8-10.
17/20	Scol. ib. n.2 (VI/2, 881).	13/17	Scol. ib.
H 2	V. supra F 5-7.	18	V. supra F 11-13. - Cf. Biel II d.21
5/7	Ileb 1,8; cit. apud Scol. ib. n.2 (Contra) (VI/2, 881).	E 1-6.	
7/9	Cf. Scol. ib. n.4 (VI/2, 882).	21	V. supra F 14-16.

aliqua, quae poterat esse in illo statu, quamdiu erant viatores. Vel posset dici quod ei non correspondet poena, sed propter peccatum veniale commissum esset debitor et non ferentioris actus caritatis quam prius, et sic fervor caritatis consumitur peccatum veniale sicut ignis magnus guttam aquae iniecitam. Secundo modo posset dici quod non omne peccatum inferens mortem temporalem necessario est mortale. Verum quidem hoc esset, quando mors esset formaliter poena illius culpae. Et ideo si propter huiusmodi veniale fuisset morte punitus, non ideo fuisset peccatum mortale, quia mors fuit debita Adae ex natura sua, non obstante sua innocentia, ut supra dictum est. Habuisset tamen beneficium remedii contra mortem, si stetisset. Subtrahere autem beneficium tale, scilicet remedium, non est magna poena formaliter, quia parum offendenti licet subtrahere beneficium magnum liberaliter collatum, sed non infligere magnam poenam.

Ad ultimum dicitur negando, quod non poterat regulam rectitudinis deserere nisi contemnendo divinam iustitiam, saltem tali contemptu, qui inducit mortale. Ille enim solus est, quo contemnitur divinum praeceptum. Nunc autem non habuit praeceptum de servandis consiliis aut semper faciendi quod melius foret. Nec omnis foeditio naturae est mortalis, sed illa sola, quae est contra praeceptum formaliter vel interpretative. Et ideo omne veniale repugnat statui beatitudinis, quia beatus eo quod beatus habet praeceptum semper continuandi actum fructuosis intensum et de non divertendo, nedum ad oppositum, sed nec ad disparatum. Et ideo quaecumque deordinatio accideret beato, esset contra praeceptum sibi datum; et ideo nulla esset sibi venialis, sed quaelibet mortalis. Secus de viatore.

Tenet ergo illa opinio, quae probabilior videtur, quod, licet Adam primo peccato peccaverit mortaliter, quia transgressus est praeceptum sibi datum, potuit tamen peccare venialiter. Non omni genere peccati venialis. Quoddam enim est peccatum veniale ex genere actus, sicut dicendo verbum otiosum aut mendacium iocosum; et hoc est veniale non solum cum praeventur rationis iudicium, sed etiam cum subsequitur. Et hoc peccato primo peccare potuisset. Est aliud genus peccati venialis, quod dicitur veniale ab adveniendo, quia venit ex surreptione et promissione naturae corruptae. Et hoc praeventi, non subsequitur iudicium rationis. Et tali peccato Adam non potuisset primo peccasse propter ordinem originalis iustitiae, qua inferior potentia ita subiecta fuerat superiori, quod nihil appeteret absque eius dictamine et imperio. De quo postea.

25	correspondet] correspondet GTBL	43	disparatum T (Scol.) desperatum GTBL
31	debita] dedita T		
36/37	nisi] non TBL	I 8	praevent GT+TBL (Bonav.) praevent Tr non GTr (Bonav.) nisi TBL
41	qua beatus om. G		

24/27	Cf. Scol. ib. n.4 (VI/2, 882).	I 3/11	Bonav. ib. resp. op.1.
31	Cf. Biel II d.19 D.H.	11	Cf. Biel II d.30 q.1 A 9-14; G 15ss.
36	V. supra F 17-20.		
41/45	Cf. Scol. ib.		

QUAESTIO SECUNDA

A Secundo quaeritur:

Utrum peccatum Adae fuit per ignorantiam excusabile

Articuli tres – praemisissis notabilibus et consequentibus conclusionibus ac dubiorum solutionibus – absolvent quaestionem.

5

[Notabile 1]

[Articulus 1]

Quoad primum notandum quod ignorantia multipliciter potest distingu: Primo secundum oppositionem ad scientiam.

Et sic accipitur tripliciter, scilicet positive et dupliciter negative.

Positive idem est quod error, id est assensus falsi vel dissensus veri. Ignorat enim quisque errat, falsum credendo aut vero dissentiendo. Sic ignarus est errans, ignorantia est error in anima. Unde *Augustinus* in *Enchiridion* cap. 16: »Nec nisi rerum ignorantia potest errari.« Et ibidem describit errorem, dicens: »Nihil aliud est errare quam verum putare quod falsum est, falsumque quod verum est, vel certum habere pro incerto, incertumve pro certo, sive falsum sive sit verum.« Et hanc ignorantiam positivam quidam vocant ignorantiam pravae dispositionis pro eo quod ponit dispositionem malam, scilicet errorem in ignorante. Alii clarius eam nominant ignorantiam erroneam.

Negative dupliciter accipitur: Vel ut includit negationem infinitantem, ut scilicet simpliciter negat scientiam in subiecto, sive aplo nato sive non nato scire. Sic infans dicitur ignorans, immo sic lapsus est ignorans, quia non sciens. – Alio modo accipitur ut includit negationem privantem, scilicet quae negat scientiam in subiecto aplo nato. Negatio enim privativa non solum privat qualitatem a subiecto, sed cum hoc potuit aptitudinem ad ipsam; ut caecus dicitur non videns, natus tamen videre. Negatio autem infinitans totum negat. Et sic sola rationalis creatura dicitur ignorans pro tempore, pro quo apta nata est scire. Sic infantes non sunt ignari nec creatura insensibiles.

Primo modo opponitur scientiae contrarie, secundo modo contradictorie, tertio modo privative.

A 7	In G <i>schedula innotata est inter fol. 92 et 93; recto vacua est, verso scriptum est schema distinctionis termini »ignorantia« secundum distinctionem in art. 1 praebitam. Hoc schema Tr habet fol. 109va in margine inferiori.</i>	15	incertumve GT+*(Aug.) incertum vero Tr+BL sive (2) sit GT+*(Aug.) sit sive sit Tr; sit sive TBL
8	Primo] Uno modo GT+ 11/12 Sic ... anima om. GT+	16	pravae om. GT+ ponit] disponit Tr
		19	accipitur om. Tr scilicet om. GT+
		23/25	Negatio ... negat om. GT+
		26	infantes ... ignari] infans non dicitur ignorans Tr
A 12/13.13/15	Aug., Enchir. V c.17 (CChr 46, 57, 20, 45–47, MPL 40, 239).		

Secundo potest distingu ignorantia quolibet praedictorum modorum accepta in ordine ad obiectum, id est ad id, quod ignoratur. Et tunc distinguatur in ignorantiam iuris et facti.

Ignorantia iuris potest distingu secundum distinctionem iurium, quorum aliquod est naturale, aliud divinum, aliud humanum sive positivum, et illud vel canonicum vel legale. – Et posset brevius sic distingu, quod quaedam est ignorantia iuris necessarii ad salutem, et est ignorantia iuris non necessarii ad salutem. Cognitio vero iuris necessarii ad salutem non eadem est apud omnes, sed variatur secundum diversos hominum status, quia quaedam sunt necessaria sciri praefato, quae non sunt necessaria sciri simpliciter subditio.

Ignorantia facti etiam distinguatur, quia quaedam est facti in se, quaedam est ignorantia alicuius circumstantiae, quaedam est ignorantia alicuius sequelae ad factum. Exempla sunt manifesta.

Tertio modo distinguatur ignorantia in ordine ad voluntatem tamquam ad causam. Et sic ignorantiarum quaedam est affectata, quaedam crassa et supina, quaedam invincibilis. Et haec est *Magistri* in *Textu*, tamen sub aliis terminis.

Ignorantia affectata est, quia voluntas vult nescire sive nult scire actu positivo; sicut de quibusdam dicitur: »Noluit intelligere, ut bene ageret«, et alibi: »Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.«

Ignorantia crassa et supina est ignorantia, quae consequitur negligentiam inquirendi scienda, quae quidem non affectatur nec volita est nec placet, sed tamen tolli posset, si diligens cura inquirendi et proficiendi adesset. Quae dicitur crassa, quia causatur ex desidia et pigritia laborandi ad acquisitionem sciendi; quae frequenter adhaeret crassiss et pinguius hominibus. Et dicitur supina, quia est mentium ad infertora ac terrena declinatorum, non potentium (verius: non volentium) ad superiora, aeterna et salutaria se erigere. De quibus dicitur: »Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt«, 1er 4.

Invincibilis dicitur, non quin simpliciter possit vinci, sed quae manet postquam homo fecit omnia, ad quae tenetur pro eius expusione. Sicut invincibilis dicitur illa, quae parochianus aliquis ignorat ieiunium certo die observandum pro eo quod suis plebanus non pronuntiavit die et hora, quia pronuntiare solet, quo tamen parochianus ille praesens fuit diligenter auscultans intimando. Licet simpliciter illa ignorantia vinci potuit, quia tamen fecit, quod debuit, intrando ecclesiam, audiendo sermonem et auscultando diligenter, dicitur illi invincibilis.

B 4	aliquod] aliud BL	25	ac] ad G declinatorum] inclinatorum Tr
5	vel om. Tr		
6	quaedam om. GT+, sed add. Tr <i>sv-pra lineam</i>	3	aliquis] aliquod G; aliud Tr
15	affectata GT+L] affectiva TB	4	non om. TB
17	nult] vult B; non vult L	5	intimando] intimanda GT+
		6	potuit] poterit G
B 2/6	Cf. Alex. II q.113 m.8 n.325 (II, 330).	18	Ps 35,4; cit. apud Alex. ib. m.7 n.324 ad obi. b-c (III, 330).
6/10	Cf. Alex. ib. sol. (II, 330).	18/19	1ob 21,14; cit. apud Thom., S.Th.
15/16	Cf. Alex. ib.	I/II	q.6 a.8 resp.
16	Cf. Lomb. ib. c.5 n.1s (c.9s n.187; MPL 192, 699).	26/27	1er 4,22.

Quarto distinguitur ignorantia in ordine ad actum peccati. Et sic aliqua est praecedens peccatum, aliqua concomitans, aliqua sequens.

10 Praecedens, quando, si sciret peccans, non peccaret. Et talis ignorantia est causa vel dispositio ad peccati actum, pro quanto sine ea non fieret, licet ipsa ignorantia non sit volita.

Concomitans est, dum quis peccando aliqua ignorat, quae nec sunt causa nec effectus peccati, ut si quis peccans in die dominico nesciens esse diem dominicum, qui tamen, si sciret, propter hoc non haberet se aliter ad peccatum, ita quod non minus peccaret.

15 Sequens est, quae est poena et effectus peccati, ut ignorantia, quae consequitur ebrietatem, ut in Lot cognoscente filias, vel, ut dicit beatus *Thomas* in prima secundae q. 6 art. 8, quae est volita formaliter ut affectata vel virtualiter ut supina.

Potest et aliis modis ignorantia dividi vel sub aliis terminis exprimi; tamen ad modos, qui dicti sunt, reducuntur.

[Notabile 2]

E Secundo notandum quod aliud est agere ex ignorantia et aliud agere ignorando vel ignorantem. Nam agere ex ignorantia est ignorantiam esse causam vel dispositionem ad huiusmodi actum, puta quando agens non ageret, si non ignoraret; ut si quis in sexta feria comederet carnes, ignorans esse sextam feriam, non comesturus, si sciret. Sed agere ignorando est, dum ignorantia habet se ut contingenter ad operationem, ita quod propter eam agens nec agit nec ab actione cessat.

Suo modo aliud est peccare ex ignorantia et peccare ignorando.

[Notabile 3]

F Tercio nota quod aliquod excusare a peccato potest esse dupliciter: vel in toto vel in tanto. In toto excusatur, quo existente, actus aliquis simpliciter ad peccatum non imputatur. In tanto, quando propter tale non tollitur simpliciter ratio peccati, sed tamen propter ipsum actus peccati non imputatur ad tantam poenam, quantum imputaretur, illo excusante non existente.

Ubi advertendum quod, cum omne peccatum actuale sit voluntarium et solus actus voluntatis est intrinsece bonus vel vitiosus, ceteri actus tantum per configurationem ad actum elicitum voluntatis sunt virtuosius vel vitiosius, et hoc denominatione extrinseca, ideo quidquid minuit rationem voluntarii secundum sanctum *Bonaventuram*.

10	talis ignorantia om. GTr	4	tamen om. BL quantum] ad quantum
D 2	in (2) om. GTr prima] secunda TBL	8	elicitum om. GTr
E 1/2	vel ignorantem om. Tr; G in <i>maritime</i> notat] notandum G excusare] excusari G esse] intelligi GTr	9	ven. q. 6 huius dis.
C 8/9	Cf. Thom. ib.	9/10	secundum ... distinctionis om. GTr
D 2	Cf. Gen 19, 38-39; alleg. apud Alex. ib. m. 9 n. 326 (III, 382) et apud Bonav. II d. 22 a. 2 q. 3 ad obi., in fine.	E 1/2	Cf. Arist. Eth. Nicom. III c. 1 n. 2 (1110b 24s).
		F 1/2	Cf. Bonav. II d. 22 a. 3 q. 3 resp.
		8/10	Cf. Bonav. ib. arg. c et resp.

nam q. 6 huius distinctionis respectu alicuius actus, minuit rationem et virtutis et peccati, ut dicitur in tertio. Quia ergo voluntarium includit cognitionem, ideo quod minuit cognitionem, minuit etiam rationem voluntarii. Quod ergo simpliciter tollit rationem voluntarii, tollit et rationem peccati in toto. Quod vero non omnino tollit, minuit autem et excusat a tanto, non a toto.

Et per hoc patet in genere, quando ignorantia actum aliquem excusat a peccato simpliciter, id est in toto, vel a tanto. Si enim ignorantia simpliciter tollit voluntarium, simpliciter excusat a toto. Si autem non omnino privat, sed aliquantulum minuit voluntarium, non excusat a toto, sed a tanto, hoc est non tollit rationem peccati, sed rationem alicuius gradus gravitatis, qui peccato inesset, si ignorantia non accidisset. Et ex hoc concludit sanctus *Bonaventura*, quod «omnis ignorantia non accidit excusatur peccatum», pro quanto aliquo modo minuit rationem voluntarii pro eo quod privat cognitionem; licet ex alia parte quaedam ignorantia magis aggravat peccatum quam excuset, ut ignorantia affectata, quia ideo aggravat, quia et ipsa est volita et ita augeat rationem voluntarii ex una parte. Tamen stante illa complacentia ignorantiae, qua quis vult ignorare de actu suo, an sit eliciendus vel non, ut sic minus retrahatur ab eliciendo vel continuando actum iam elicitum, si diceretur ratio actum non esse eliciendum et nihilominus elicit, maior est contemptus; et illum gradum tollerit ignorantia etiam affectata.

Quamvis autem ille modus loquendi apparentiam habeat, tamen videtur habere aliquam dubiam.

Primo non videtur verum quod omne, quod minuit cognitionem, minuat rationem voluntarii; quia potest voluntas ex sua libertate plus velle rem minus cognitam et minus rem magis cognitam. Ideo namque aliquando affectat ignorantiam rei volitae quantum ad multas circumstantias, ut intensius velle. Unde res vili vel nociva quanto magis et verius cognoscitur, tanto voluntas minuitur, et quanto minus cognoscitur, tanto magis affectatur.

Praeterea: Non videtur, quomodo ignorantia invincibilis, quae a toto excusat, ex toto tollat rationem voluntarii actus, quem excusat. Immo ille actus, quem a peccato excusat ignorantia, est magis voluntarius propter ignorantiam. Immo si non adesset ignorantia, omnino non esset voluntarius. Immo quandoque actus aliquis est meritorius propter ignorantiam invincibilem et per consequens voluntarius, qui si non esset ignorantia, esset culpabilis et per hoc a voluntate iusta omnino non esset voluntarius neque licitus.

14	autem ei] aut G; autem (?) Tr	G 3	minuat] minuit TBL
16	id ... toto om. GTr	6	Unde] Ut GTr
17	simpliciter] simpliciter BL	14	et om. Tr
26	actum om. G iam elicitum om. GTr	15	licitus] elicitus TBL
27	et (1) om. GTr		

10/11	Cf. Biel III d. 23 q. 1 I 39-42, 95-106; K 1-14.	20/22	Cf. Bonav. ib.
16/18	Cf. Bonav. ib. resp.	22/24	Cf. Bonav. ib. ad obi., in fine.

Sed ad illa potest dici quod actus potest considerari vel primo quantum ad substantiam actus vel secundo quantum ad circumstantias, praesertim secundum quas dicitur moraliter bonus vel malus. Ut si quis contrectat rem alienam invito domino, ignorans eam esse alienam, actus contrectandi secundum se volutus est, non autem secundum illam circumstantiam, quod est res aliena; ut sic enim est res ignorata, igitur nec voluta. Et sic intelligenda sunt verba sancti Bonaventurae, quae satis concordant doctrinae Philosophi III Ethicorum, videlicet quod illud, quod minuit cognitionem, minuit rationem voluntarii quantum ad illam circumstantiam, cuius cognitio minuitur, licet non quoad actum secundum se. Et si tollit totam cognitionem alius circumstantiae, facit actum simpliciter non voluntarium quantum ad illam circumstantiam. Unde ignorantia invincibilis alicuius circumstantiae, propter quam actus esset malus, facit actum simpliciter involuntarium quantum ad illam circumstantiam formaliter et interpretative, et ideo excusat, ut in casu posito apparet. Si autem est ignorantia alicuius circumstantiae vincibilis, secundum quam voluntas eum actum non elicit, quia ignorat, scire tamen posset, si diligenter ratio inquireret, actus ille licet sit simpliciter non voluntarius sub illa circumstantia formaliter, est tamen voluntarius virtualiter vel interpretative; et sic non in toto excusat, sed aliquantulum, quia minus peccat quam si sic esset formaliter voluntarius. Non enim ad bonitatem vel malitiam actus sufficit, quod sit voluntarius secundum se et substantiam actus, sed oportet quod sit voluntarius secundum omnes circumstantias requisitas.

H Potest tamen ad propositum nostrum et brevius et clarius ostendi, quomodo ignorantia excusat.

Pro quo notandum quod ad hoc, quod actus voluntatis sit rectus, requiritur quod fiat conformiter suae regulae. Regula voluntatis est ratio, id est dictamen rationis non-culpabilis. Non dico »rectae«, sed »non-culpabilis«, quia etiam voluntas tenetur se conformare rationi erroneae, si error fuerit invincibilis, quae tamen non est recta, sed inculpabilis. Tenetur ergo se conformare dictamini rationis non-culpabilis.

Est autem ratio dupliciter culpabilis: aut quia dicitur falsum, decepta errore vincibili, ut puta quia dicitur faciendum esse quod faciendum non est vel e converso propter aliquem errorem vincibilem; secundo quia omnino non dicitur de agendo vel non agendo, sed dormit, non inquit inquirere, sed simpliciter obiectum ostendit speculative, non practice. Actus autem voluntatis est vitiosus, quando fit contra regulam rationis non-culpabilis inexistens vel inesse debentis.

16	primo quantum om. GT ^r sed add. Tr in marg.: quantum	32	vel interpretative om. GT ^r
17	circumstantias] circumstantiam G	H 6	erroneae] idoneae BL
18	contrectat] contrectet G	9	vel] et G
20	res (2) om. GT ^r	12	fit] sit T
27	simpliciter] simpliciter TBL	13	inexistens GT ^r *TBL] inexisten-
29	eum] eam G		tem Tr [debetis GT ^r *TBL] debentem Tr
30	actum om. GT ^r		
G 21	Cf. Bonav. ib. resp. V. supra F 8-10 20-22.	n. 3 (111a 22-24). cit. apud Bonav. ib. arg. c.	
22	Cf. Arist. Eth. Nicom. III c. 1 n. 2 (110b 18 - 111a 21). Cf. etiam ib.	28	V. supra lin. 18ss.

Potest autem se voluntas peccans tripliciter habere ad rationem: aut quia elicit actum peccati contra rationis dictamen, sive rectum sive erroneum, sit ratio culpabilis sive non; aut elicit actum praeter dictamen rationis; aut elicit actum secundum dictamen rationis erroneum errore vincibili. In primo est gravissima temeritas et contemptus, dum ratio dicit et voluntas regulam suam contemnit. In secundo minor est temeritas et contemptus, pro quanto non facit contra dictamen, est tamen in hoc contemptus et praesumptio voluntatis, quod agit inconsculta ratione. In tertio est minima temeritas et contemptus, quia agit secundum dictamen rationis; in hoc autem est contemptus, quia non praecipit rationi, ut sufficienter se informet de omnibus necessariis circumstantiis.

Sunt tamen in quolibet trium modorum gradus. In primo modo nulla est ignorantia, quia contra dictamen inexistens scienter peccat. In secundo est ignorantia negativa sive simplex nescientia. In tertio est ignorantia positiva sive erronea. Et secundum diversas ignorantiae species possent poni gradus in duobus ultimis modis, in primo secundum gradus libidinis aut intensiois actus contra dictamen rationis.

Ex quibus patet, quomodo ignorantia aliqua excusat, pro quanto minor est contemptus voluntatis et recessus eius a regula sua, concurrente ignorantia, quam esset ipsa non concurrente. Et hoc est verum, si, ea non concurrente, non esset elictura actum. Si vero nihilominus eliceret, tunc ignorantia nihil facit ad excusationem, quia tunc non peccatur ex ignorantia, licet peccetur ignoranter, ut vult Philosophus III Ethicorum. Tunc enim ignorantia per accidens habet se ad voluntatis actum.

[Articulus 2]

His praemissis, quoad articulum secundum pono primo aliquas conclusiones praebentes ambulas generales de ignorantia et peccato, deinde speciales de ignorantia et peccato primorum parentum, per quas patebit responsio ad quaestionem.

[Conclusio 1]

Est ergo conclusio prima: Ignorantia invincibilis praecedens voluntatis actum, sive positiva sive negativa, sive iuris sive facti, simpliciter excusat a peccato non solum in tanto, sed in toto.

Probatur: Nemo faciens omnia et eorum nihil omittens, ad quae tenetur, peccat; habens ignorantiam invincibilem facit omnia et nihil omittit eorum, ad quae tenetur; igitur non peccat. — Consequentia nota, quia in tertio primae.

16	dictamen] add. G: rectae	31	Et hoc est om. GT ^r esset om. G
17	erroneum om. TBL		elictura (scil. voluntas) elicturus
20	voluntatis om. Tr		GT ^r
25/26	negativa] privativa Tr	7	tanto] tantum G
30	recessus] discessus G; discessio Tr	8	omittens] omittit GT ^r
H 33/34	Cf. Arist. Eth. Nicom. III c. 1 n. 2 (110b 18-25); alleg. apud Thom., S. Th. VIII q. 6 a. 8 resp.	1 5 10	V. supra C 1-7. Cf. Petr. Hispan. Summulae logicales, tract. 4 (4.07).

Maiores est manifesta, quia servans legem non peccat; servat autem qui facit quod debet.

Minor probatur, et pono quod in aliis, quae non ignorat, bene se habeat: Quia ignorantiam illam, cum sit invincibilis, non tenetur remove, quia non potest, et facit quod suum est, quod secundum legem debet. Lex enim non obligat ad impossibile secundum *Hieronymum* in *Explanatione fidei* ad Damasum Papam: »Qui dicit Deum praecepisse et hominem implere non posse, anathema sit.«

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Ignorantia crassa praecedens eorum, quae homo scire tenetur, non excusat actum voluntatis a peccato simpliciter et in toto, sed aliquantulum et in tanto.

Prima pars patet, quia sic agens actum alias deformem agit contra legem, quae praecipit inquirere quae recta sunt. Unde 1Cor.14: »Si quis ignorat, ignorabitur.« Et ad Eph.5: »Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas Dei.« Agit quidem omitendo necessariam inquisitionem necessariorum ad salutem contra illud Eccli.6: »Cogitatum habet in praeceptis Dei, et in mandatis illius maxime assistens esto.«

Secunda pars patet, quia propter ignorantiam huiusmodi minor est contemptus; ergo minus grave peccatum. – Patet etiam per auctoritates in Textu allegatas, quibus dicitur quod talis ignorantia non excusat peccantem, ut in inferno »non ardeat«, sed forte »ut minus ardeat«.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Ignorantia affectata praecedens eorum, quae homo scire tenetur, peccatum aggravat atque auge.

Patet, quia volens ignorare legem, per quam retrahi posset a peccato, magis contemnit, ergo gravius peccat. – Consequentia nota. – Antecedens patet, quia magis contemnit qui nedum avertitur a dictamine rationis, sed etiam ab eo, id est scientia legis, quo posset ratio recte regulari. Et patet ex dictis in art.1.

15	Lex enim non) nec se TBL	20	et (2) om. GTr
16	secundum] add. GTr: beatum	23	sunt] sit T
17	hominem] omnem G	24	Dei] domini GTr
15/16	Cf. Ps.-Hieron. (i.e. Pelag.), Explan. fidei ad Damas. n.10 (MPL 45, 1718); cfr. apud Alex. II q.113 m.8 n.325 (III, 331); q.114 m.5 n.331 (III, 337).	24	Eph.5.17.
19	V. supra B 20-24.	26/27	Eccli.6.37.
23	1Cor.14.38; cfr. apud Bonav. II d.22 a.2 q.2 arg.a et Thom., S.Th. VII q.6 a.8 arg.1.	29	Cf. Lomb. II d.22 c.5 n.2 (c.10 n.187; MPL 192, 6996). Lomb. cfr. ib. Aug., De gratia et lib. arb. c.3 n.5 (MPL 44, 8948) et Epist. 194 c.6 n.27 (MPL 33, 888).

Et additur in conclusionibus »praecedens«, quia ignorantia, quae concomitatur et quae sequitur, non habet se ad actum voluntatis in ratione causae; secus de praecedente. Quia nullo modo ab ea dependet, quia nihilominus fieret actus, si ignorantia non concomitaretur. Unde ebrius habens ignorantiam invincibilem et furiosus, licet ex sua culpa furiam et ebrietatem inciderit, tamen interficiendo hominem non peccat, quia ad hoc quod actus sit virtuosus vel vitiosus, requiritur usus rationis, quo quia tales sunt privati, peccare non possunt sicut nec mereri. Utrum autem per hunc actum ebrietatis peccatum praecedens aggravetur vel non, pertinet ad tertium librum.

Dictum est etiam »ignorantia eorum, quae quis tenetur scire«, quia ignorantia rerum impertinentium non augeat nec minuit neque excusat rationem peccati in actu voluntatis.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio specialiter ad materiam quaestionis: In primis parentibus non fuit error aut ignorantia circa ea, quae pertinent ad salutem ante peccatum.

Patet, quia noverunt praeceptum et noverunt actum hunc, scilicet comedere de ligno vitto, esse contra praeceptum; quorum notitia fuit eis necessaria ad salutem.

Praeerea: Primum peccatum Adae fuit immoderatus amor amicitiae uxoris et primum Evae fuit immoderatus appetitus excellentiae. Et neutrum horum praecessit ignorantia pertinentium ad salutem.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Peccatum comestionis de fructu vitto praecessit aliqua ignorantia circumstantiarum et consequentium, ut quod crederetur veniale fuit mortale, et mulier credens verum quod promiserat diaboli, et ignorantia tantae poenae quanta sequebatur.

[Conclusio 6]

Sexta conclusio: Peccatum primorum parentum non processit ex infirmitate nec legis ignorantia, sed ex electione, id est deliberatione et plena scientia deformitatis actus.

Patet quoad primum, quia nulla fuit rebellio virium inferiorum; ergo nulla fuit infirmitas impellens ad actum peccati.

K 7	conclusionibus] conclusione TBL	6	appetitus] add. G: propriae
10	concomitaretur] committeretur Tr	9	fructu] ligno G
11	tamen om. GTr	10	fuit] quod fuerat GTr
16	tenetur] tenentur TB	M 1	processit] praecessit TB
L 3	hunc om. Tr	4/5	ergo ... peccati om. GTr
7	V. supra I 19, K 1.	13/15	Cf. Bonav. ib.
7/8	V. supra C 13-16; D 1-3.	14/15	Cf. fortasse Biel III d.39 q.2 a.3 dub.4 O.
10/11	Cf. Arist. ib. (II106 25-27) et Bonav. ib. q.3 ad obl., in fine.	16	V. supra I 19, K 1.

Quoad secundum, quia praeceptum fuit eis notum. Unde respondit mulier serpenti: »Praeceptum nobis Deus, ne comederemus« etc., Gen. 3.

Corollarium: ignorantia primorum parentum culpam eorum nihil excusabat vel parum.

Pateat, quia ignorantia illa non fuit eorum, quorum cognitio necessaria fuerat ad salutem, nec talis, quod si fuisset invincibilis, excusasset a peccatis. Etiam si verum fuisset quod ignorando putabant, non ideo praeceptum transgredi licuisset, quod novum. Unde *Augustinus* ad Valentinum, et est in *Littera*: »Eis auferatur excusatio, qui mandata Dei noverunt, quam solent habere homines de ignorantia.« Unde nullam excusationem habuerunt de ignorantia qui mandatum noverant »et peccatum esse secus agere non« ignorabant. Unde si quandoque ignorantia excusatur, haec excusatur, quia id, quod agitur, ignoratur esse peccatum vel creditur esse bonum. Et de illa ignorantia loquuntur conclusiones supradictae.

Et tantum de articulo secundo.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum dubitatur circa concl. I. Et ponitur casus: Sit puer, »qui in infantia includatur in carcere Sacerdotum: utrum ignorando ea, quae sunt fidei« et legis evangelicae, »peccet« non credendo aut servando legem.

Quod non, quia ex conclusione ignorantia invincibilis excusatur a toto, habet autem talis ignorantiam invincibilem (»Non enim potest habere« instrumentum, »nec per semelipsum potest habere« horum »cognitionem), ergo non potest non ignorare« et per consequens secundum conclusionem excusatur, et etiam, quia »nemo peccat in eo quod vitare non potest«.

Sed in contrarium est illud *Apostoli* ad Hebr. 11: »Sine fide impossibile est placere Deo.«

Ad hoc respondet *Alexander de Hales* II q. 129 m. 8, »quod talis, cum pervenerit ad adultam aetatem, habet potentiam credendi«, id est habet in se, unde se disponat ad fidei receptionem. »Si facit quod in se est« servando legem naturae, »Dominus illuminabit eum per occultam inspirationem vel per angelum aut per hominem«. Sic ut enim natura non deficit in necessariis ad esse naturale, ita nec Deus unquam

13	Unde] <i>add.</i> GTr: beatus	5	ignorantiam] ignorantia T
17	agitur] agit BL	6	horum] harum G
19	de] <i>add.</i> GBL: illo secundo om. G	8	vitare GTrT (<i>Alex.</i>) vitari BL
N 1	articulum om. Tr	15	nec om. L unquam] nunquam
3	aut] et non GTr		TBL
4	quia om. G		

M 7	Gen 3,3.	17/18	V. supra concl. 1-2 (I 5-7, 19-21).
13/14	Aug., De gratia et lib. arb. c. 3 n. 5 (MPL 44, 884), cit. apud Lomb. ib.	1/8	Cf. Alex. II q. 113 m. 8 n. 325 casus I (III, 331).
	Verba sunt ex Lomb.	9/10	Hebr. 11, 6, cit. apud Alex. ib.
14/16	Cf. Lomb. ib.	11/14	Alex. ib. sol.

deest facienti quod in se est ad esse gratiarum et spirituale. Sic enim Spiritus Sanctus interior illuminatione quosdam utriusque testamenti viros et mulieres erudit, ut manifestum est de prophetis et prophetis. Sic beatam Barbaram, beatam Christinam et plerosque alios, ut probatae decent historiae, intus sine exteriori magistro ad perfectam fidei cognitionem Christi illustravit. Sic patres in eremo, rusticos litterarum, eruditissimos divina scientia perfecti. Sed et apostolos et fideles misso visibiliter Spiritu Sancto in omni salutari scientia erudit. Propter quod et *Iohannes* ait 1Ioh. 2: »Non habetis necesse, ut quis doceat vos, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus.« Non quod doctores humani spernendi sint, sed non sunt sic necessari ad salutis doctrinam, quin eis deficientibus adhuc necessariam doctrinam Spiritus Sancti unctio supplet, sine quo in vanum lingua doctoris exterior laborat. Sic per angelos legem dedit, per Gabrielem Daniele, Zachariam patrem Iohannis Baptistae, gloriosam Virginem de secretissimis fidei mysteriis erudit. Denique Cornelium centurionem et Candacis reginae eunuchum, viros gentiles Deum quaerentes, quos Iudaeorum synagoga spreverat, hunc per Petrum apostolum, illum per Philippum diaconem tam mirabiliter quam misericorditer instruxit, ut patet ex Actibus Apostolorum.

Ex quibus satis patet Deum non deesse ulli hominum in necessariis ad salutem. Et sic intelligendum est illud *Augustini* »in Quaestionibus Novi Testamenti, quod si non fuerit, a quo disceat, nec ad eum aliquo modo rumor doctrinae pervenerit, tunc non suo vitio ignorat et immunis est a condemnatione«. Intelligendum »in qua disciplina secundum quod fit per doctrinam exteriorem vel per doctrinam interiorem. Illa autem nulli facienti quod in se est subtrahitur. Facere autem quod in se est est uti ratione, per quam potest comprehendere Deum esse et invocare adiutorium Dei. Dicit enim *Beda*: Unusquisque potest intelligere Deum esse.«

De incarnatione autem et redemptione, si aptet intellectum suum quantum in se est, vocabitur vocatione interiore, etsi non exteriore.«

Per haec patet solutio rationis dubii, quia sine fide nemo salvatur. Et si non est qui hunc fors praedicat, interius Dominus illuminat.

18	est om. GTr	27	per] <i>add.</i> GTr: angelum
19	et om. GTr	33	Quaestionibus] q. GTrT, quaestione BL
22	Spiritu Sancto] s. s. T; spiritus sancti BL	37	autem (I) om. G nulli] nulla BL
23	1Ioh. 2 om. GTr in textu, sed <i>add.</i> Tr in marg.: 1Ioh. 3	40	autem TTrBL (<i>Alex.</i>) om. G aptet TTrBL (<i>Alex.</i>) aptat G
25/26	Sancti unctio] sanctus G	42	rationis] rationum GTr
26	laborat] labore] Tr		
13/19	Cf. lac. de Voragine, <i>Legenda aurea</i> , c. 202 n. 1 (p. 898); c. 98 (p. 419s).		
21/22	Cf. Act. 2, 1ss.	37/39	Test., q. 67 (MPL 35, 2262). Verba sunt ex Alex.
22/24	1Ioh. 2, 27.	39	Alex. ib.
26/27	Cf. Act. 7, 53; Gal. 3, 19.		Non invenimus Editores Summae Alexandri (Alexandri de Hales Summa theologia III. Ad Claras Aquas 1800, 331 adn. 4) ponunt Bedam, De tabernaculo I c. 4 (MPL 91, 404), sed non recte.
27/28	Cf. 1, 26ss.		
28/31	Cf. Act. 10, 8, 26ss.		
33/37	Alex. ib.		
33/35	Cf. Ps.-Aug., <i>Quaest. Vet. et Nov.</i>	40/41	Alex. ib.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur: Utrum ignorantia plus excuset quam infirmitas vel econverso.

Respondetur quod illud plus excusat, quod magis tollit rationem voluntarii et temeritatis. Cum autem ignorantia generaliter plus tollit rationem voluntarii quantum ad circumstantiam, quae facit actum vitiosum, quam infirmitas, immo ignorantia quandoque omnino tollit rationem voluntarii et contemptus, nunquam autem infirmitas, saltem sine ignorantia, ideo generaliter plus excusat ignorantia non affectata.

Verum stat ignorantiam esse tam modicam et facile vincibilem et infirmitatem esse tantam, puta tantum esse timorem aut tam vehementem esse allicientem tentationem, quod infirmitas magis excusaret. Et ideo in specialibus casibus habere se possunt ut excedentia et excessa.

[Dubium 3]

Tertio dubitatur: Utrum ignorantia comitetur quodlibet peccatum secundum illud: Omnis malus ignorans, III Ethicorum.

Respondetur secundum *Alexandrum*, quod ignorantia quaedam est »in intellectu speculativo«, quaedam »in intellectu practico«.

Quantum ad primum non semper concomitatur ignorantia. Multi enim peccant scientes, habentes sufficientem scientiam de faciendis; ut theologi effeminati.

Est autem ignorantia in intellectu practico, »secundum quam aliquis cum peccat, non habet experientiam boni« aut indicat actum malum nunc faciendum, non quidem ut malum, sed ut conveniens vel utile aut delectabile, aut aliquid nunc omittendum. Et illa ignorantia omne peccatum concomitatur, et hoc vult *Philosophus*.

Et tantum de quaestione.

O 9	ideo] igitur Tr	9	aliquid] aliquem GTr
10	excessa] excessum G	10	illa] est G concomitatur] comita-
P 5	primum] primum GTr		tum G; comitatur Tr
7	cum] dum G	11	quaestione] illo G
O 1/10	Cf. Bonav. II d.22 a.2 q.3 ad obiecta (in medio).	2	Cf. Arist., Eth. Nicom. III c.1 n.2 (1110b 28); cf. apud Alex. Ib. contra 1 et sol.
P 1/10	Cf. Alex. Ib. m.4 n.221 (III, 328s).	10	V. supra ad ltn.2.

DISTINCTIO VICESIMA TERTIA

(Summarium Textus)

In hac distinctione *Magister* agit de peccato primi hominis quantum ad Deum pernitentem, sicut prius de eodem egit quantum ad diabolum tentantem et hominem cadentem, annectens simul de hominis scientia, qua praedictus est secundum statum priordiale.

Colligitur autem sententia Textus in his conclusionibus tribus:

Prima: Deus hominem, quem praescivit casurum et creare potuit, ut peccare nollet (et ita meliorem), fecit veribilem, neque sua potentia, cum posset, praeservavit, voluntati relinquens propriae, quatenus, si vellet, bene ageret non infructuose vel male, non tamen impune.

Secunda conclusio: Triplici cognitione: creatoris, rerum propter se conditarum et sui, homo fuit praedictus, quam non studio per temporum intervalla, sed a Deo recipit mox conditus.

Tertia conclusio: Homo ante lapsum accepit mandatum et scientiam circa faciendam, non praescientiam eorum, quae erant futura. Declaratio patet ex Textu.

QUAESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum Deus facere posset voluntatem rationalis creaturae per naturam impeccabilem

In quaestione tres erunt articuli: Primus terminos declarabit, secundus ad quaestionem respondebit, tertius dubia movenda resolve.

[Articulus 1]

[Notabile 1]

Quantum ad primum supponitur quod voluntas vis est appetitiva. Quia autem est appetitus naturalis, qui non praesupponit cognitionem in appetente, et est appetitus cognitivus, qui praesupponit cognitionem appetentis, et hic duplex secundum duplicem cognitionem, sensitivam et intellectivam, ideo etiam voluntas accipitur quandoque largissime pro quolibet appetitu; et sic dividitur in voluntatem naturalem, sensitivam et rationalem vel intellectivam.

10.13	conclusio om. GTr	A 4	quaestione] add. GTr: hac
		12	dividitur] distinguitur GTr
69	Cf. Lomb. II d.23 c.1 (c.1 n.190s; MPL 192,700).	13/14	Cf. Lomb. Ib. c.4 (c.6 n.194; MPL 192,701).
10/12	Cf. Lomb. Ib. c.2s (c.2-5 n.192s; MPL 192,700s).	A 2/3	Soot. II d.23 n.1 (VII2, 848).

DISTINCTIO VICESIMA QUINTA

(Summarium Textus)

In dist. 25 agit de libero arbitrio secundum se quantum ad subiectum, quantum ad obiectum et quantum ad virtutem et effectum.

Cuius sententia in subiectis conclusionibus continetur.

Prima: Liberum arbitrium respiciens contingens futurum diversimode est in Deo, in angelis et in hominibus secundum quadruplicem hominis statum; hi status hominis sunt: status ante peccatum, post peccatum et ante gratiam, post peccatum data gratia, in beatitudine aeterna.

Secunda conclusio: Humana voluntas semper a coactione est libera, non autem a peccato et a miseria nec ad bonum operandum sine gratia.

Tertia conclusio: Libertas hominis ante peccatum ad bonum nulla difficultate aut carnis rebellionem impedita per peccatum depressa est et graviter diminuta.

QUAESTIO UNICA

A Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum liberum arbitrium sit aliquid a ratione et voluntate distinctum

Præmissis notabilibus, ponentur conclusiones, additis pro tertio articulo dubiis cum suis solutionibus.

[Articulus 1]

5 [Notabile]

Quoad primum notandum quod aliter de libero arbitrio locuti sunt philosophi, aliter doctores theologi et sancti.

(Liberum arbitrium secundum philosophos)

10 Philosophi loquuntur de libero arbitrio prout distinguitur contra principium naturale.

Nam Philosophus II Physicorum, ubi distinguit principium activum in naturam et intellectum, per intellectum intelligit liberum arbitrium sive voluntatem, hoc est animam intellectivam respectu illius actus, quem habet in sua potestate; et respectu li-

5	in (2) om. Tr	10	conclusio om. GTr
8	conclusio om. G	11	peccatum] add. Tr: hominis
4/7	Cf. Lomb. II d. 25 c. 1 n. 3 - c. 6 (c. 2-7 n. 214-220; MPL 192, 706s).	A 12/13	Cf. Arist., Phys. II c. 5 t. 49 (196b 21s).
8/9	Cf. Lomb. ib. c. 8 n. 1-5-9; c. 9 (c. 9-10.14.16 n. 222s. 226. 227; MPL 192, 708. 709).	13/15	Cf. Arist. ib. c. 5 t. 52 (197a 5-8).
10/11	Cf. Lomb. ib. c. 7; c. 8 n. 10s (c. 8.15 n. 221. 226; MPL 192, 707s. 709).		

ius dicitur voluntas. - Sic ibidem, cum dividit in agens secundum propositum et non secundum propositum, per agens secundum propositum intelligit agens liberum seu voluntatem. - Item IX Metaphysicae, dum dividit potentiam activam in potentiam rationalem et irrationalem, per rationalem intelligit potentiam ad opposita, quae non est nisi voluntas.

Idem ergo intelligit per activum secundum propositum, intellectum et potentiam rationalem. Similiter idem intelligit per activum non secundum propositum et naturam et potentiam irrationalem. Et per primum intelligit potentiam liberam, per secundum potentiam naturalem.

Potentia autem libera, ut distinguitur contra naturalem, est potentia indifferens ad B opposita, quae scilicet in sua potestate habet utrumque oppositorum, scilicet facere et non facere. Quod sic intelligendum est: Potentia libera est, quae omnibus ad productionem alicuius effectus requisitis eodem modo se habentibus, nullo variato ex parte sui vel alienius, habet in potestate sua ita non producere sicut producere, ita quod ex natura sua ad neutrum determinatur. Et talis potentia dicitur contingenter productiva. Non est autem hoc intelligendum quod habeat in potestate sua illa opposita, producere scilicet et non producere, pro eodem instanti (hoc enim implicat contradictionem), sed pro diversis instantibus successive. De hoc supra dist. 38 primi.

Potentia naturalis opposito modo describitur: Est potentia ad unum oppositorum determinata, quae non habet in sua potestate utrumque oppositum ad sensum praexpressum. Et talis potentia agit necessario, id est positis omnibus ad productionem effectus requisitis non potest non agere.

[Corollaria 1-4]

Ex illo patet primo, quod nulla causa respectu eiusdem effectus est causa libera et naturalis. - Patet, quia hoc implicat.

Secundo sequitur quod causa respectu unius effectus potest esse libera et respectu alterius naturalis. - Patet de potentia rationali, quae respectu intellectus est causa naturalis, respectu volitionis est causa libera.

Tertio sequitur quod sola voluntas est potentia libera. - Patet, quia omnis alia potentia ad suum effectum determinatur, ita quod positis omnibus ad agendum requisitis non potest non agere.

Quarto sequitur quod voluntas non respectu cuiuslibet velle est causa libera. - Patet de obstinatis et damnatis, similiter de voluntate confirmatorum in beatis (de quo supra dist. 7); quia respectu actus, quem non habet in sua potestate, non est libera.

A 20	activum (cf. lin. 21)] activam Tr	5	habet] add. G supra lineam. tamen
22	primum] primam G	9	De ... primi om. GTr
22/23	secundum] secundam GTr	10	modo om. G
B 2	quae] quia G	15	primo om. GTr
15/16	Cf. Arist. ib. (196b 18s).	B 9	Cf. Biel I d. 38 C 1-16; D 1-12; H 1-38.
17/18	Cf. Arist. Met. IX c. 2 t. 3 (1046a 36 - 1046b 4).	24/26	Cf. Biel II d. 7 D-G.
18/19	Cf. Arist. ib. (1046b 4-7).		

Sic etiam accipit *Damasceus* libertatem, cum dicit: Illa, quae sunt in potestate nostra, si faciamus vel si non faciamus, ea sunt obiecta liberi arbitrii. Alii enim: «Eorum, quae fiunt, haec quidem sunt in nobis, haec non sunt in nobis. In nobis quidem sunt, ad quae nos sumus liberi arbitrii facere et non facere. Et simpliciter sunt in nobis, quae sequitur laus et vituperatio et lex. Principaliter autem sunt in nobis illa opera, de quibus consiliamur. Consilium autem est eorum, quae pariter contingunt. » Si ergo omnem actionem liberam sequitur laus vel vituperium, et haec non sequuntur nisi operationem contingentem non necessariam, sequitur quod omnis actio libera sit contingens.

(Libertum arbitrium secundum theologos)

C Theologi vero varie loquuntur de libertate.

Quandoque enim accipiunt libertatem largissime, ut distinguitur contra coactionem: ita quod potentia dicitur producere libere id, quod non produci coacte, hoc est contra suum velle. Et sic non distinguitur contra principium necessarium necessitate immutabilitatis. De hoc supra dist. 7 per longum.

De hoc loquitur sanctus *Bonaventura* q. 8 huius distinctionis, dicens: «Cum enim duplex sit necessitas, coactionis et immutabilitatis, necessitas coactionis repugnat libertati arbitrii, necessitas vero immutabilitatis non, pro eo quod arbitrium dicitur liberum, non quia sic velit hoc, ut possit velle eius oppositum; sed quia omne quod vult, appetit ad sui imperium, quia sic vult aliquid, ut velit se velle. Et ideo in actu volendi seipsam movet et sibi dominatur. Et pro tanto dicitur liberum, quamvis immutabiliter ordinetur ad illud. »

Illo ergo modo idem est 'libertum' et 'voluntarium'. Et libere produciatur, quidquid produciatur mediante voluntate. Sic, si voluntas creata produceret aliquem actum necessario, sicut velle respectu finis secundum *quoddam*, illum actum produceret libere, non contingenter, sed voluntarie. Illo modo potentia libera secundum eandem rationem convenit Deo, angelo et homini, sicut et voluntas convenit illis univocis. Sic dicit beatus *Anselmus* in De libero arbitrio cap. 1, quod liberum arbitrium secundum definitionem commune est omni rationali naturae.

Alio modo accipitur libertas strictius quantum ad aliquid, ut opponitur servituti, per quam aliquis alteri subiicitur. Et sic secundum multiplicem servitutem potest poni multiplex opposita libertas. Sed de servitute legali, de qua 1 Cor. 7: «Servus vocatus es? Non sit tibi curae, sed et si potes fieri liber, magis utere», non loquuntur hic

31	nobis] <i>add.</i> Tr. ad	Bernardus (<i>cf. infra</i> F 3-5). Haec
C 5	De ... longum <i>om.</i> GTr	<i>verba linea circumdata sunt.</i>
6	enim <i>om.</i> BL	naturae (<i>scil. Deo, angelis bonis et</i>
10	imperium] <i>add.</i> Tr. sit contingens	<i>hominibus; cf. Anselm.</i>) GTr] crea-
	vel necessarium; et illa definitio	turae G*TB
	convenit omni naturae rationali	turae de qua <i>om.</i> G
	sive creatae sive increatae. Beatus	
29/33	Damasce., De fide orth. c. 40 §1 (Buy-	18/19 Cf. Anselm., De lib. arb. c. 1
	taert 150, 3 - 151, 10; MPG 94, 960	(Schmitt I, 207, 11 - 208, 12; MPL
C 5	Cf. Biel ib. K.	158, 498s).
6/12	Bonav. II d. 25 p. 2 a. un. q. 2 resp.	22/23 1 Cor 7, 21.

doctores, sed tantum de servitute culpae et miseriae. Secundum quam duplicem servitutem ponitur duplex opposita libertas, scilicet a culpa et a miseria seu poena. Illo modo beati sunt perfecte liberi, damnati carent utraque, viatores vero tanto sunt liberiores, quanto magis culpae et poenae immunes, ad Rom. 6: «Libertati a peccato, servi facti estis iustitiae. » Et sic verum est quod posse peccare non est pars libertatis, sicut in primo modo posse cogi non est pars libertatis. De his modis libertatis supra habetur dist. 7.

(Ad praedictos modos libertatis)

Et secundum illos tres libertatis modos distinguitur libertas in libertatem «naturae, gratiae et gloriae. Libertas naturae est libertas a coactione. Libertas gratiae est libertas a culpa. Libertas gloriae est libertas a miseria. »

Accipitur etiam concorditer cum philosophis prout opponitur necessitati non tantum coactionis, sed etiam immutabilitatis. Haec dicitur libertas contingentiae. Sic accipitur, quando est principium meriti et demeriti. Nam per haec, quae vitare non possumus, nec meremur nec demeremur. Et sic accipit *Damasceus*, cum negat liberum arbitrium a brutis, quia «magis aguntur quam agunt». Non agunt, sed aguntur, quia non habent dominum super actus suos elidendos vel non elidendos; licet actus eorum etiam sint intrinseci, necessitantur tamen ad actus suos per naturam. Et secundum has acceptiones variae allegantur sanctorum auctoritates.

(Definitiones liberi arbitrii)

Variae etiam ponuntur liberi arbitrii definitiones.

(1.) *Anselmus* in De libero arbitrio cap. 3 sic definit liberum arbitrium: «Est potestas servandi rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem. » Quae potest sic intelligi: «Est potestas servandi rectitudinem», id est conformandi se rectitudini primae seu increatae, quantum est ex sui natura, «propter ipsam rectitudinem». Haec enim est rectitudo voluntatis: conformitas eius cum divina voluntate. Quod nihil aliud est quam potestas volendi aliquid conformiter divinae voluntati propter hoc, quia conformis est vel quia sic vult divina voluntas. Et ista convenit Deo, angelis et hominibus, etiam damnatis, qui, quantum est ex natura sua, possunt se conformare recti-

24	sed <i>om.</i> GTr	9	elicendos (1) ... elicendos (2) <i>om.</i>
29	sic] sic G	14	GTr
29/30	De ... 7 <i>om.</i> GTr	16	liberum arbitrium <i>om.</i> GTr
D 2	a <i>om.</i> Tr		servandi] secundum GTr confor-
5	Haec ... contingentiae <i>om.</i> GTr	21	mandi] confirmandi TB
			conformare] confirmare Tr
27/28	Rom 6, 18; cit. apud Lomb. ib. c. 8	7/8	Cf. Damasc. ib. c. 41 §1 (Buytaert
	n. 3 (c. 9 n. 222; MPL 192, 708).		153, 19s; MPG 94, 962 [II c. 27]; cit.
29	V. supra lin. 2ss.		apud Alex. ib. m. 3 a. 2 n. 403 Contra
29/30	V. supra ad lin. 5.	14/15	(II, 480a).
D 1/3	Alex. II q. 72 m. 2 a. 2 n. 394 resp. (II,		Anselm. ib. c. 3 (Schmitt I, 212, 19s;
	478a). Alex. haust ex Bern. Clarae-		MPL 158, 494); cit. apud Alex. ib.
	vall., De gratia et lib. arb. c. 3 n. 7		m. 2 a. 2 ante n. 383 (II, 471a); Bonav.
	(Leclercq-Rochais III, 171, 1-7;		ib. p. 1 dub. 2.
	MPL 182, 1005).	18/20	Cf. Anselm. ib. c. 8 (Schmitt I, 220,
67	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 4		17-22; MPL 158, 501).
	(1105b 81s; 1106a 8s).		

tudini, quia voluntati divinae, quae est prima rectitudo. Nec convenit aliis a rationali natura, quia etsi brutum quandoque servat rectitudinem, ut canis diligendo catulos suos, non tamen servat propter rectitudinem, quam non agnoscit. Sola enim ratione cognoscitur et sola voluntate servatur. Ex his constat libertas arbitrii, ut *idem* dicit ibidem cap. 4. Haec ergo potestas dicitur liberum arbitrium, quia nemo potest cogi rectitudinem deserere, cum eam haberit. Licet eam non habitam sibi dare non possit nec peritiam eam recuperare, potest tamen habitam non deserere. Res enim omnis libera est «ab ea re, a qua cogi nisi volens vel prohiberi non potest», ut dicit cap. 5.

Sed dices: Ex illo sequitur quod posse peccare esset pars libertatis. Quod ipse negat, dicit enim cap. 1: «Nec libertas nec pars libertatis est peccandi potestas.» Probatur tamen consequentia: Quia a peccando cogi nisi volens non potest.

Respondetur quod posse peccare non est sine libero arbitrio, quia nihil carens arbitrio libero potest peccare. Nam et ipse dicit: «Per liberum arbitrium peccavit apostata angelus sive primus homo, quia per suum arbitrium peccavit, quod sic liberum erat, ut nulla re cogi posset ad peccandum.» Et sequitur: «Peccavit autem per arbitrium suum, quod liberum erat. Sed non per hoc, unde liberum erat, id est per potestatem, qua poterat non peccare et peccato non servire, sed per potestatem, quam habuit peccandi, qua nec ad non peccandum invocabatur nec ad servitutum peccandi cogebatur.» Quia «nulla re cogente, non aliqua necessitate, sed sponte peccavit». Haec *Anselmus*.

Quod vero non est pars libertatis posse peccare, vult dicere quod non est pars libertatis, qua natura rationalis libera est ad decentia et expedientia, quam proprie vocat libertatem, quia propter illa data est. Non enim accepit homo arbitrii libertatem, ut eo ad malum abuteretur, sed ut libere ad bonum conversus vitam aeternam, propter quam factus est, consequatur, ut vult *Anselmus* cap. 3. Quia, sicut posse de-

25	cognoscitur TBL (cf. <i>Anselm.</i>)	6/7	liberum TBL (<i>Anselm.</i>) add. GTr:
	agnoscitur GTr		arbitrium
28	eam recuperare) restituere GTr	8	unde TBL (<i>Anselm.</i>) om. GTr
E 3	a peccando] prob. <i>legendum est</i> : ad peccandum; cf. <i>lin. 7 et Anselm.</i> : ad id quod non debet	13	dicere om. G
		17	ut... 3 om. GTr in textu, sed add. Tr. in marg. posse om. TBL
4	arbitrio libero] liberum arbitrium		
	GTrBL		

23/24	Cf. <i>Anselm.</i> ib. c. 13 (Schmitt I, 225, 22-24; MPL 158, 505).	5/7	<i>Anselm.</i> ib. c. 2 (Schmitt I, 210, 2-4; MPL 158, 492).
24/25	Cf. <i>Anselm.</i> ib. c. 4 (Schmitt I, 214, 2-8; MPL 158, 495).	7/11	<i>Anselm.</i> ib. (210, 6-10).
26/28	Cf. <i>Anselm.</i> ib. c. 10-12 (Schmitt I, 222-224; MPL 158, 502-504).	11/12	<i>Anselm.</i> ib. (210, 5s).
28/29	<i>Anselm.</i> ib. c. 5 (Schmitt I, 216, 13s; MPL 158, 497).	13/15	Cf. supra <i>lin. 2</i> .
E 2	<i>Anselm.</i> ib. c. 1 (Schmitt I, 208, 11; MPL 158, 490).	15/17	Cf. <i>Anselm.</i> ib. c. 3 (Schmitt I, 212, 2-9; MPL 158, 493s), sententia iter.
3	Cf. supra D 29.		

finere proprie non est posse, ita posse peccare non est posse, quia est posse deficere a rectitudine. — Vel aliter: Posse peccare non est libertas nec pars eius, hoc est: non est definitio libertatis nec pars definitionis. Nam, cum definitio debet esse convertibilis et convenire omni contento sub definito, libertas autem arbitrii convenit Deo, angelis et hominibus, posse autem peccare non convenit Deo, ergo non debet ingredi definitionem liberi arbitrii. Et hoc est, quod dicit: «Non pertinet ad definitionem libertatis arbitrii 'posse peccare'». — Utraque solutio colligitur ex verbis beati *Anselmi* cap. 1.

Est ergo definitio liberi arbitrii secundum *eum*: «Potestas voluntatis et rationis 'servandi' secundum suam naturam 'rectitudinem voluntatis propter ipsam rectitudinem', non curando, an sit contingens vel necessaria. Et illa definitio convenit omni naturae rationali, sive creatae sive increatae.

(2.) Beatus *Bernardus* in suo De libero arbitrio sic definit: Est «consensus ob voluntatis inamissibilem libertatem et rationis» «indeclinabile iudicium». Consensum accipit, ut exponit *Alexander*, quasi «medium inter sensum mentis et sensum carnis». Et est potestas habens se ut medium, potens assentire appetitui carnis et etiam appetitui mentis. Et illa tantum convenit, ut dicit sanctus *Bonaventura*, creaturae, «non concernendo statum». Et posset sic intelligi: Est «consensus», id est facultas consentienti sensui mentis vel sensui rationis «ob libertatem voluntatis inamissibilem», id est inseparabilem a voluntate, et «iudicium indeclinabile rationis»; indeclinabile, id est inseparabile a voluntate, quia voluntas non potest in actum nisi ostenso obiecto per intellectum vel rationem.

(3.) Beatus *Augustinus* definit, ut pont *Magister* distinctione praecedenti: «Est facultas rationis et voluntatis, qua bonum eligitur, gratia assistente, vel malum, eadem desistente.» Quae secundum *Magistrum* datur de libero arbitrio viatorum tantum, illud enim «ad utrumque flecti potest». Et dicitur liberum quantum ad voluntatem, quae potest in opposita. Et dicitur arbitrium «quantum ad rationem» «discretivum boni et mali.» Illa ergo animae potentia, qua bonum vel malum potest velle, utrumque discernens, liberum arbitrium vocatur, quod brutia animalia non habent, quia ratione carent. Unde cap. 20 in De ecclesiasticis dogmatibus sive defini-

F 16/17	eadem GTr (<i>Lomb.</i>) ea TBL	22/24	Unde... <i>Augustinus</i> om. GTr
20	animae GTr (<i>Lomb.</i>) animi TBL		

19/23	Cf. Anselm. ib. c. 1 (Schmitt I, 208, 3-11; MPL 158, 489s).	MPL 192, 702). Haec definitio non est Augustini, sed videtur esse Hugonis, ex quo hauserit Lomb. ib. Cf. Summa Sent. III c. 3 (MPL 176, 101 C) et Misc. I tit. 176 (MPL 177, 574 A). Adscriptio definitionis ad Augustinum invenitur apud Alex. ib. a. 2 ante n. 388 (II, 471a) et Bonav. ib. Ad sent. cf. Aug., De correct. et grat. c. 11 n. 32 (MPL 44, 935).
23/24	Anselm. ib. (Schmitt I, 208, 10; MPL 158, 490).	Cf. Lomb. ib.
F 1/3	Cf. supra D 14s.	
5/6	Bern. Claraevall., De grat. et lib. arb. c. 2 n. 4 (Leclercq-Rochas III, 169, 4s; MPL 182, 1004); cfr. apud Alex. ib. m. 2 a. 2 ante n. 388 (II, 471b). Bonav. ib.	17/20
6/8	Alex. ib. n. 385 resp. ad 1 (II, 474a).	Cf. Lomb. ib.
9/10	Cf. Bonav. ib. resp.	20/22
15/17	Lomb. II d. 24 c. 3 n. 1 (c. 5 n. 199; MPL 192, 702).	Lomb. ib. c. 3 n. 13 (c. 5 n. 199; MPL 192, 702).

nitionibus orthodoxae fidei: «Arbitrii libertas est rationalis voluntas», inquit *Augustinus*. Est ergo arbitrium hoc liberum ad utrumlibet, quia voluntas spontaneo appetitu moveri potest ad ea, quae bona vel mala indicat ratio. Et hoc modo horum tantum est liberum arbitrium, qui voluntatem mutare possunt et in contraria deflectere, in quorum potestate est eligere bonum vel malum et utrumlibet secundum electionem facere vel dimittere. Et illo modo nec est in Deo nec in beatis. Et licet secundum hanc assignationem liberi arbitrii ipsum non conveniat Deo, tamen communiter attribuitur Deo et beatis. — Et secundum quod dicit libertatem a coactione et necessitate secundum definitionem *Anselmi*, etiam secundum quod dicit libertatem a culpa et miseria.

Quod vero *Magister* supra distinctione praecedenti dicit quod «libertas arbitrii ab omni labe et corruptela immunis est et rectitudo voluntatis et omnium potentialium animae sinceritas atque vivacitas», non ponit definitionem liberi arbitrii, sed describit statum eius in primis parentibus ante lapsum.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est ista conclusio prima et responsalis: Quamvis libertas arbitrii non sit sine ratione obiecti volubilis ostensiva, est tamen essentialiter et realiter voluntas suae volitionis productiva.

Prima pars patet secundum beatum *Augustinum* ubi supra, quia est rationalis voluntas et quia voluntas non fertur in incognitum, X De Trinitate. Requiritur ergo potentia cognitiva, quae ostendat obiectum volubile, et haec est ratio.

Secunda pars patet, quia libertas est illa potestas, quae est domina suorum actuum, ita quod cogi non potest, et quae habet actus suos in sua potestate. Talis autem est voluntas, ut dicit *Augustinus*: «Nihil ita est in potestate nostra sicut ipsa voluntas». *Idem*: «Voluntas est animi motus, cogente nullo ad aliquid adipiscendum vel non adipiscendum.»

24	spontaneo] spontaneo G; spontanea	G 4/5	secundum ... et om. GT
29	TBL libert arbitrii] li. ar. GTB; libe. arbi. L	6	ostendat] ostendat TB haec est] est haec TBL
33	praecedenti] 24 G; 34 Tr; praesenti BL	9	Nihil GT (Aug.)] add. TBL. enim
23	Ps-Aug. De eccl. dogm. c. 21 (MPL 42, 1217).	9/10	Aug. De lib. arb. III c. 3 n. 7 (CChr 29, 279, 638; MPL 32, 1274); cf. Retract. I c. 22 n. 4 (MPL 32, 620); cit. apud Alex. II q. 72 m. 2 a. 3 §2 arg. a n. 398 (II, 476a).
30/31	V. supra D 14s. 29; F 1-3.		
33/35	Lomb. ib. c. 2 (c. 4 n. 198; MPL 192, 702).		
G 4	V. supra F 23.	10/11	Aug. De duab. animab. c. 10 n. 14 (MPL 42, 1048); cf. Retract. I c. 15 n. 3 (MPL 32, 609); cit. apud Alex. ib. arg. b.
5	Cf. Aug. De Trin. X c. 1-3 n. 1-5 (CChr 50, 311, 2s; 312, 29s-50s; 313, 56s; 317, 45; MPL 42, 971-975).		

Item: «Ratio potest cogi per argumenta» ad assentiendum conclusioni, similiter ad apprehendendum obiectum sufficienter praesens; ergo ad ipsam, ut talis est, non pertinet libertas, cum libertas secundum omnes distinguitur a coactione.

Item *Bernardus*: «Universa, quae hominis sunt, praeter solam voluntatem, a merito et iudicio libera sunt, quia sui libera non sunt.» Ergo «voluntas sola in homine libera» est.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Arbitrii libertas non duae, sed una est potentia et facultas.

Patet, quia liberum arbitrium est potentia rationalis secundum *Augustinum* ubi supra. Illa autem tantum est una; nec distinguitur realiter potentia intellectiva a voluntate, sed idem realiter est intellectus et voluntas, ut dictum est supra dist. 16. Etiam si teneretur opinio, quod intellectus et voluntas essent potentiae distinctae, libertas arbitrii non esset illae duae potentiae, sed sola voluntas, quamvis ipsa voluntas non possit exire in actum sine intellectu; sicut potentia intellectiva non est aggregatum ex intellectu et obiecto, licet non possit intellectus intelligere sine obiecto. Supponit ergo liberum arbitrium pro voluntate et connotat rationem vel intellectum ostendentem obiectum. Hinc illa posset dari eius notificatio: Est voluntas rationalis libere volens aliquid ostensum sive praesentatum sibi per intellectum.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Liberum arbitrium quantum ad suam essentiam nec augeri potest nec minui.

Probat: Quia liberum arbitrium essentialiter est ipsa voluntas ex concl. 1. Voluntatem autem non distinguitur ab essentia animae, quae est substantia, ut patet dist. 16. Substantia vero non recipit nec magis nec minus, ut dicit *Philosophus* in Praedica-
mentis.

[Conclusio 4]

Conclusio quarta: Quantum ad coactionem libertas arbitrii nec potest augeri nec minui.

12	Ratio] add. Tr. non similiter] finaliter GT	23	teneretur] tenetur TBL
15	a) quam Tr	27	sicut] sic G
16	quia ... sunt (2) om. BL (homotelia) sui TYTBL (Bern.) sua G	28/29	liberum arbitrium] libertas arbitrii Tr
20	liberum arbitrium] libertas arbitrii GT	H 4	Hinc ... intellectum om. GT
20/21	secundum ... supra om. GT	5	patet] add. GT: supra nec (1) om. GT nec (2) et GT
12/13/14	Cf. Alex. ib.	22	Cf. Biel II d. 16 R.
15/16	Bern. Charviall. De grat. et lib. arb. c. 2 n. 5 (Leclercq-Rochas III, 169, 16-18; MPL 182, 1004); cit. apud Alex. ib. arg. c.	23	Cf. ib. l. 6-18.
16/17	Alex. ib.	H 3	V. supra G 2s-7-9.
20/21	V. supra F 23.	3/4	Cf. Biel II d. 16 N 18-71.
		5	Cf. Arist. Praedic. tract. 2 c. 1 (3b 33s).

Probat: Quia libertas arbitrii simpliciter non potest cogi, ergo quantum ad coactionem nec augeri nec minui. – Tenet consequentia, quia id quod simpliciter non conveni rei, nec magis nec minus convenit illi. Sequitur enim bene: Coactio non convenit libero arbitrio, ergo nec coactio magis aut minus ei convenit. Tenet consequentia a toto in modo ad partem negative. – Quod autem simpliciter non posset cogi, patet, quia non potest contra velle ad volendum compelli; hoc enim implicat.

Et quantum ad illas duas conclusiones dicit beatus Bernardus in De libero arbitrio: «Manet libertas arbitrii» tam plena in bonis quam in malis, «tam integra suo modo in creatura quam in creatore». Item in eodem: «Libertas arbitrii partier cunctis ratione utentibus convenit, nec magis est in bonis quam in malis», nec augetur gratia nec minuitur culpa.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio: Liberum arbitrium quantum ad substantiam et qualitatem (id est intensionem) producentorum a se actuum non est aequaliter omnium.

Patet conclusio, quia potentius est in habituatis quam in non-habituatis. Facilius enim elicit voluntas actus suos cum habitu inclinante quam sine; actus dico tam bonos quam malos.

Similiter ad elicendum actum meritorium simpliciter impotens est sine gratia et secundum gradum intensionem magis vel minus prompta, alioquin superfluerent habitus et dona. Sed haec inaequalitas non reducit ad potentiam, quae est liberum arbitrium in se, sed ad habitus inexistentes.

[Conclusio 6]

Sexta conclusio: Libertas a servitute tam culpae quam miseriae non est aequalis in cunctis arbitrii libertate.

Patet, quia maior est in beatis quam in viatoribus; in damnatis autem omnino non est. Et sic dicit Augustinus: «Multo liberius erit arbitrium, quod omnino non potest servire peccato» quam quod potest. Et secundum hoc ponit beatus Anselmus diversos gradus liberi arbitrii secundum diversos status: ante peccatum et post peccatum, cum gratia vel sine gratia, in Deo et creaturis, angelis et hominibus, capitulo ultimo De libero arbitrio.

13	coactio om. GTr aut] nec GTr	22/23	id est intensionem om. GTr in textu, sed add. G in marg.
16	dicti] dicti T	27	simpliciter] similiter TBL
22	ad om. G et om. G	34	in (2) om. L
13/14	Cf. Petr. Hisp., Summae logicales, tract. 5 (5.21).	19/20	Cf. Bern. ib. c. 9 n. 28 (Leclercq-Rochais III, 186, 1-10; MPL 182, 1016); alleg. apud Bonav. ib.
17/18	Bern. Claraevall. ib. c. 4 n. 9 (Leclercq-Rochais III, 172, 29 – 173, 2; MPL 182, 1007); cit. apud Bonav. II d. 25 p. 2 q. 1 arg. 1.	35/36	Aug., Enchir. c. 105 n. 28 (CChr 46, 106, 16s; MPL 40, 281); cit. apud Alex. ib. m. 5 arg. 1 n. 409 (II, 456a).
18/19	Bern. Claraevall. ib. c. 5 n. 15 (Leclercq-Rochais III, 177, 19-21; MPL 182, 1010); cit. apud Bonav. ib. arg. 2.	36/38	Cf. Anselm. ib. c. 14 (Schmitt I, 226; MPL 158, 506).

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: Utrum voluntas possit cogi a Deo I (quia dictum est in probatione concl. 4, quod non potest cogi, nec additum est, a quo).

Et videtur quod possit. Nam Lc. 14 dicitur: «Compelle intrare»; intrare illud est liberi arbitrii et compellere est cogere; ergo cogi potest liberum arbitrium. – Item Ioh. 6: «Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum.» Qui trahitur violenti, cogitur. – Item Rom. 7: «Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivantem me in lege peccati.» Captivitas autem et repugnantia important coactionem.

Ad hoc respondetur quod dupliciter potest intelligi voluntatem posse cogi. Aut impediendo ab actu, ne velit, aut compellendo seu necessitando, ut velit. – Alio modo intelligitur voluntatem posse cogi, ut invite velit vel nolit, ita quod stante actu volendi respectu A, ipsum A invite velit, et stante nolitione respectu B, invite nolit B.

Supponitur etiam, quod refert dicere «voluntatem induci» et «voluntatem mutari» et «voluntatem cogi». Inducitur persuasionem, qua inclinatur ad aliquid, ad quod non inclinaretur nisi persuasa. – Mutatur, quando fit de volente non volente aut e converso, ut «cum Deus de amatore temporalium facit contemptorem eorum». – Cogitur, dum invita aliquid velle, id est dum «repugnante actu» suae voluntatis ad opus compelleretur.

Quibus praemissis, respondetur per aliquas propositiones.

[Propositiones 1-5]

Prima: Quantum ad actus imperatos voluntas cogi potest non tantum a Deo, sed etiam a creatura.

Certum enim est quod quis potest volens trahi ad ecclesiam et similia. «Cum servus, alius cinget te et duceat, quo non vis», Christus ad Petrum Ioh. ultimo.

Secunda propositio: Voluntatem quantum ad actus elictos potest induci, potest et timore vel promissione mutari ac ab actu elicto recedere et oppositum eius velle.

I 5	liberi] libertas Tr, liberum TBL arbitrii] arbitrium TBL	12	ut] ita Tr
6	mens om. Tr	13	A (1) ad Tr B om. Tr
11/14	Alio ... B om. GTr in textu, sed add. Tr in marg.	16	aliquid] aliquid GTB ad quod] quo GTr
I 23	V. supra H 10s 14s.	18/19	Cogitur] Cogetur GTr
4	Lc 14, 23; cit. apud Bern. ib. c. 11 n. 36 (Leclercq-Rochais III, 191, 15; MPL 182, 1020 C); Bonav. II d. 25 p. 2 q. 5 arg. 1.	19	invites] invite Tr
6	Ioh 6, 44; cit. apud Bern. ib. (Leclercq-Rochais III, 192, 14s; MPL 182, 1020 C); Bonav. ib. arg. 2.	7/8	Rom 7, 23; cit. apud Bern. ib. (Leclercq-Rochais III, 192, 1s; MPL 182, 1020s).
		15/20	Cf. Bern. ib. resp.
		25/26	Ioh 21, 18.

Clara sunt haec, teste experientia. Potest et per divinam immissionem et illuminationem ac Spiritus Sancti specialem motionem gratiaque infusionem recedere a virtutis volitionibus et elicere bonas. Et haec dicitur tracto divina: quando sic voluntas divino adiutorio separatur ab his, quibus »per amoris glutinum fortiter« adhaesit, et aeternis incipit adhaerere. Sic dicit beatus *Bernardus*: »Hoc intendit Deus, cum terret aut percutit, ut faciat voluntarios, non salvet invitos. Quatenus dum de malo in bonum mutat voluntatem, transferat libertatem.«

K Tertia propositio: Voluntas libera cogi potest a Deo, ut non possit velle obiectum volibile.

Patet, quia potest annihilari. — Item: Potest ab ea rationis usus tolli. — Item: Potest Deus non concurrere coagendo ad eliciendum volitionem et ita suspendere voluntatem ab eliciendo, sicut omnem potentiam activam creatam non concurrendo secum suspendit ab actione sua. Omnia enim haec indubia sunt christiano. Cum enim nulla causa secunda potest agere nisi coagente prima, prima vero causa agit contingenter ad extra, ideo potest non coagere et ita voluntatem a suo actu impedire sive eam suspendere; quod est cogere, ut non agat seu ut non eliciat.

Quarta propositio: Deus potest voluntatem cogere ad volendum aliquid, ita quod non potest illud non velle.

Probat: Quia Deus potest actum volitionis, qui est velle, creare in voluntate et creatum in voluntate conservare. Quo posito, voluntas non potest non velle. Sicut enim existente cognitione actuali in intellectu non potest intellectus non intelligere, ita existente volitione in voluntate non potest voluntas non velle, cum nihil aliud sit velle quam volitionem in se habere. Et sic supra dictum est dist. 7 quod quosdam actus Deus creat seu producit in angelo bono et malo, qui non sunt in potestate angelis.

Quinta propositio: Non potest Deus cogere voluntatem, ut invite velit.

Patet, quia hoc videtur implicare contradictionem. Nam invitus habet nolle; nolle est non velle. Sic invite velle est velle et non velle. Et illo modo omnis voluntas est libera a coactione. Et pro tanto dicit *Bernardus*: »Libertas voluntatis« est »ita plena« suo modo in creatura sicut in creatore, »et quod in omnibus reperitur aequaliter«, ut supra concl. 4 allegatum est.

L Sed diceres: Pono quod in voluntate sit volitio obiecti A. Deus potest creare in eadem voluntate nolitionem A, manente volitione eiusdem. Potest enim Deus contra-ria conservare in eodem subiecto per suam potentiam absolutam; quo posito, voluntas invita vult A. Est enim volens per volitionem et est invita per nolitionem. Simul enim vult et nult, salva grammatica.

29	Potest Tr[ans] T[rans] Patet GTr*	6	enim (1) om. GTr
31	quando] quanto TB	8	ideo] igitur GTr
35	bonum] bono Tr	9	ut non (2) om. GTr
K 4	non om. L	13	non (1) om. TBL
5	non om. TBL	19	propositio] conclusio G; om. 1
32	Cf. Bonav. ib.	K 16/18	Cf. Biel II d. 7 D 18-42; E 16-23.
33/35	Bern. ib. (Ledererq-Rochais III, 191, 18-20; MPL 152, 1020 C).	22/24	Cf. supra ad H 17s, 18s; etc. apud Bonav. ib.

Possent dici quod sunt quaedam contraria, quae inferunt contradictionem; et illa non possunt simul inesse eidem subiecto. Et talia sunt velle et nolle eiusdem obiecti. Nam nolle inferri non velle. Nam velle A est velle ipsum esse; nolle A est velle ipsum non esse.

Sed, si cautius intuetur, non sunt illa contradictoria: 'Velle A esse' et 'Velle A non esse', sed 'Velle A esse' et 'Non velle A esse'. Illam autem: 'Non velle A esse' non inferri haec: 'Velle A non esse'. Et ita non videtur quod velle A et nolle A inferant contradictionem, sicut nec calidum et frigidum.

Et si dicis: Esse et non esse sunt contradictoria, et voluntas non potest simul velle contradictoria; responderi posset quod voluntas potest velle contradictoria simul, quia potest velle impossibile voluntate complacentiae, licet non efficaci, ut dictum est supra dist. 6. Nec ex hoc sequitur contradictoria esse simul vera.

Verum difficile est intelligere, quomodo contradictoria possit simul velle voluntas. Difficile etiam est aliquid negare a potentia Dei, quod non includit contradictionem. Ideo dimisso casu, quod simul stent in voluntate volitio et nolitio eiusdem obiecti, adhuc voluntas non invita nollit, quia volens vellet et nolens nollit. Ille igitur dicitur invitus velle, qui volendo nult aut nolendo vult. Et talis diceretur cogi, ita quod eodem actu, quo vult, cogereetur nolle; quod simpliciter est impossibile. Et sic intelligenda est quinta conclusio.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur: »Utrum possit sufficienter probari, quod voluntas sit libera.« M

Ad hoc breviter responderetur secundum *Occam* Quodlibeto I q. 16 et *Gregorium de Armino* distinctione praesenti, quod voluntatem esse liberam libertate contingenter est evidens per experientiam, et ideo »non potest per aliquid evidentiis demonstrari«.

Primum patet, quia »homo« in se »experitur, quod quantumcumque ratio dicit aliquid esse volendum, »potest tamen voluntas hoc velle vel nolle«.

Secundum patet, quia »omnis ratio hoc probans« assumit aliqua dubia vel minus nota vel aequae ignota. — Potest tamen probari »contra negantes, ducendo eos ad quaedam, quae secundum omnes usum rationis habentes falsa et inconvenientia indi-

L 11	Illam] Illa Tr		ta nollit volens] nolens TBL no-
12	haec] illam Tr non esse] esse vel	22	lens] volens TBL
	econverso Tr		quod] quia G quod] add. BL: in
20	dimisso] admissio Tr (littera a poste-	M 2	de om. Tr
	rius addita est)	4	aliquid TBL (Greg. Armin.) aliquid
21	non om. TBL nollet (1) GTr* TBL]	6	non om. Tr
	vellet Tr, et add. in marg.: nec invi-		dices] dicitur Tr
L 16/17	Cf. Biel II d. 6 M 18-26.	6	V. supra lin. 3s.
20	V. supra lin. 1ss.	6/7	Occ. ib. (88, 26-28).
23/24	V. supra K 19.	8	V. supra lin. 4s.
M 1	Occ., quodl. I q. 16 (Opera theol.	8/9	Cf. Occ. ib. (88, 24s).
	IX, 87, 18s).	9/16	Greg. ib. (VI, 2, 5-14).
23, 45	Cf. Greg. Armin. II d. 24-25 q. 1 (ed. Trap. Marcolino VI, 2, 2-4).		

Sequitur secundo, quod intensio actus a voluntate elicit non sequitur intensio-
nem causae naturalis. – Pateť, quia potest res minus cognita magis desiderari et ma-
gis cognita minus appeti. Et hoc propter concursum causae liberae, quae sicut habet
in sua potestate agere et non agere, ita habet etiam in sua potestate sic ferre
seu intense vel remisse agere.

Haec propositio est de mente beati *Augustini* XV De Trinitate cap. 23, ubi vult
quod amor procedit de scientia. Et cap. 26 dicit quod amor de gigante mente et de
gentia notitia tanquam de parente et prole procedit.*

Sed diceres: Quandoque *volitio* praecedit notitiam, ut cum volumus scire quod
nescimus*; ergo non semper notitia est causa volitionis, quia effectus causam non
praecedit.

Respondetur: Licet volitio quandoque notitiam praecedat, semper tamen volitio-
nem praecedat notitia aliqua obiecti voliti. Unde in casu, dum quis vult incognitum
nosce, quamvis volitio praecedat notitiam, quae desideratur, non tamen praecedat
notitiam illius notitiae, quae desideratur, quia nisi nosceret, quod esset aliqua notitia
rei incognitae, non eam desideraret. Volendo ergo scire incognitum, non vult inco-
gnitum, sed vult scientiam incogniti. Et illam velle non posset, nisi prius eam cogita-
ret et sic cogitando cognosceret. Ita solvit beatus *Augustinus* X De Trinitate cap. 1.

[*Deum* 4]

Ultimo dubitatur contra libertatem contingentiae, de qua in prima parte notabim.
Nam videtur quod talis potest non posse; quia si esset, esset causae contingentis ad
utrumlibet, sed haec est impossibilis. – Probatur: Quia, si aliqua esset causa contin-
gens (hoc est: ad utrumlibet oppositorum), aut quando causat aut ante aut post. Non
secundum vel tertium, quia tunc non est causa, nihil enim est causa nisi quod causat.
Nec primum, quia, dum causat unum oppositorum, non causat aliud. Quia (gratia
exempli) quando voluntas causat A pro instanti B, non potest non causare A pro
instanti B, quia posito quod in B instanti causet, impossibile est quod in eodem in-

6	actus] <i>add.</i> G: non	19	praecedat (1)] praecedat BL
10	vel remisse <i>om.</i> GTr	P 2	posset] possit GBL causae] causa
11	beati <i>om.</i> Tr	L	
14	praecedat] procedit Tr	4	aut (2)] vel GTr
17	praecedat] praecedat BL	5	vel] nec GTr
18	praecedat] praecedat Tr; praecedenti BL		

6/10	Cf. Greg. ib. object. 2 (VI, 11, 20-22; 12, 17-20).	14/16	Cf. Greg. ib. object. 3 (VI, 11, 23a, 28-30).
11/13	Greg. ib. concl. 2 (VI, 10, 28-31).		
11/12	Cf. Aug. ib. XV c. 23 n. 43 (CChr 50 A, 520, 16 – 521, 20; MPL 42, 1090); A, 520, 16 – 521, 20; MPL 42, 1090);	23	Cf. Aug. ib. X c. 1 n. 3s (CChr 50, 315, 116-126; MPL 42, 974); cit. alleg. apud Greg. ib.
12/13	Aug. ib. c. 26 n. 47 (CChr 50 A, 527, 84s; MPL 42, 1094); cit. apud Greg. ib.	P 1	V. supra D 4ss.

stanti non causet. Sicut arguit *Occam* contra *Iohannem* ponentem potentiam innu-
mestam ad opposita consequi libertatem, I dist. 38.

Respondetur quod libertas contingentiae est libertas ad utrumlibet; et est haec
solutio voluntatis. Consequenter dicitur quod voluntas est causa contingens pro in-
stanti, pro quo causat. Pro illo enim instanti, pro quo causat, contingenter causat;
licet dum causat, non posset simul in eodem instanti non causare in sensu composito.
Nec ideo dicitur causa contingens alicuius effectus, quia potest illum causare et non
causare simul pro eodem instanti. Sed causa contingens est, quae *libere* sine omni
variatione adveniente sibi vel alteri et non per cessationem alterius causae potest
cessare a causando actum in alio instanti*, ut tactum fuit circa principium huius di-
stinctionis et habetur I dist. 38 diffusius.

Quod est dictum: Causa contingens alicuius effectus est causa, quae potest cessare a
causando eundem effectum pro alio instanti, omnibus aliis eodem modo se habenti-
bus. – Vel sic: Causa contingens est causa, quae priusquam causavit, omnibus aliis
eodem modo se habentibus, potuit cessare et non causare.

Sic ait *Boethius* V De consolatione prosa ultima: «Quae de libero profiscuntur
arbitrio, quamvis eveniant, existendo tamen propriam naturam non amittunt, quia
priusquam fierent, etiam non evenire potuerunt.» Sicut *sol* oriens et homo gra-
diens, quae dum fiunt, non fieri non possunt; eorum tamen unum, priusquam fieret,
necesse erat existere, alterum vero minime*.

9/10	inmanifestam <i>om.</i> G	18/19	ut ... diffusius <i>om.</i> GTr
16	instanti] tempore BL contingens <i>om.</i> G	20	dictu] dictum GTr
17	non per GTr (Occ.) per non TBL	22	causavit] causabit Tr
18	a ... actu] a causando GTr, sed <i>add.</i> Tr in marg.: actum	23	modo <i>om.</i> Tr potuit] poterit Tr; sed corr. Tr rubro colore
		26	Sicut] Sic G
9/10	Cf. Occ., Sent. I d. 38 E-H (I, 578, 7 – 581, 17). – Cf. Scot. I d. 38 p. 2 et d. 39 q. 1-5 n. 14-20 (Ed. Vatic. VI, 416-425). Cf. Occ. ib. B-E (I, 573, 14 – 578, 5).	19	V. supra ad B 9.
12/13	Cf. Occ. ib. F (I, 579, 19-24).	24/26	Boeth. De consol. phil. V pros. 6 n. 32 (CChr 94, 104, 107-109; MPL 63, 861). Aliud it. illum locum Scot. ib. n. 35 (Ed. Vatic. VI, 444, 2-4).
16/18	Occ. ib. (I, 580, 5-7).	26/28	Boeth. ib. pros. 6 n. 34 (CChr 94, 104, 113-115; MPL 63, 861).
18/19	V. supra B 1-9.		

(Summarium Textus)

Egit de libero arbitrio, quo humana natura potuit a lapsu praeservari. Consequenter in quatuor distinctionibus sequentibus agit de gratia, aditutorio libero arbitrio superaddito, quo ad recte vivendum et bene operandum poterit elevari. Agit ergo de gratia primo quantum ad statum naturae hominis lapsae, secundo quantum ad statum naturae integrae, dist. 29.

Circa primum primo agit de gratia veritatem determinando, secundo haereres ex terminando, dist. 28.

Prima pars adhuc in duas, quia primo prosequitur de gratiae effectu, quem operatur circa arbitrii libertatem, secundo, dist. 27, de eius quidditate per comparationem ad virtutem. Primum praesenti distinctione docet.

Cuius sententia in subiectis tribus conclusionibus summarie continetur.

Prima conclusio: Voluntatem bonam, ut sit bona et bonum velit, gratia operans praeventit, liberat et praeparat; cooperans perficiendo sequitur non tempore, sed natura et, »ne frustra velit, adiuvat«.

Secunda conclusio: Gratia, quae est fides per dilectionem operans, licet quibusdam bonis praeventitur, illa tamen ad salutem non sufficiunt, nec eis voluntas sanatur nec recte vivitur.

Tertia conclusio: Gratia operans, qua voluntas iustificatur, et gratia cooperans, qua ad bene operandum adiuvatur, non duo, sed unum sunt donum, quod propter diversos eius effectus diversis nominibus nominatur.

Harum declaratio patet ex Textu.

QUAESTIO UNICA

A Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum operans et cooperans gratia distinguantur realiter a caritate infusa

Praemissis terminorum declarationibus pro articulo primo, subiunguntur conclusiones cum annexis dubiis pro articulis secundo et tertio.

2	gratia] gratiae TBL. libero arbitrio] arbitrio libero GTr; li ar. Tr; arbitrii libert BL	15	conclusio om. GTr
3	bene om. Tr	16	ad salutem] absolute G eis] eius Tr
12/14	Cf. Lomb. II d.26 c.1s (c.1-3 n.228-231; MPL 192, 709-711).	15	Cf. Gal 5,6.
15/17	Cf. Lomb. ib. c.3-7 (c.4-8 n.232-238; MPL 192, 711-713).	15/20	Cf. Lomb. ib. c.8 (c.9 n.239; MPL 192, 713).

[Notabile 1]

Quantum ad primum articulum notandum circa illum terminum 'gratia', quod nomen 'gratia' dicitur a 'gratis' quasi gratis dans vel gratis datum. Et sic accipitur active vel passive.

(Gratia active vel passive accepta)

Active pro gratiosa Dei voluntate dans omnia liberaliter gratis, non ex debito, secundum illud Apostoli Rom. 11: »Quis prior dedit illi et retribuatur ei?«, quasi dicat »Nullus«. Non enim praeventimus diligendo Deum, sed »ipse prior dilexit nos«, 1Ioh. 4. De hac gratia potest illud accipi Act. 15: »Per gratiam« id est gratiosam voluntatem »Domini nostri Iesu Christi credimus salvari«. Et illud Rom. 3: »Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiorem.« Gratia illa, qua redempti sumus, fuit gratiosa Dei voluntas, qua Deus pro nobis pati voluit Christum et ipse se voluntarie obtulit secundum illud Is. 53: »Oblatus est, quia ipse voluit.«

Alio modo accipitur passive pro dono aliquo gratis dato. Et licet sic multipliciter accipitur, ut tangit Alexander III q.69 m.1, tamen redigendo acceptance illas ad compendium, potest sic accipi quadrupliciter, scilicet largissime, large, stricte, strictissime. Primis duobus modis non distinguitur contra dona naturalia, sed ultimis duobus modis contra ea distinguitur.

(Gratia passively sumpta quadrupliciter accipitur)

Gratia largissime est donum a Deo gratis, id est sine debito, datum. Et illo modo gratia dividitur in gratiam incretam et creatam.

Increta est Spiritus Sanctus, qui datur rationali creaturae ad eius sanctificationem, secundum illud Rom. 5: »Caritas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.« Immo tota Trinitas illabitur menti humanae, secundum illud Ioh. 14: »Ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus«; Filius loquitur de se et Patre.

Gratia creata hoc modo est omnis creatura, quia omnis talis est gratis a Deo producta et sibi ipsi creaturae aut alteri donata, secundum illud 1Cor. 4: »Quid habes, quod non acceperis?« Ita loquitur de gratia Apostolus 1Cor. 15: »Gratia Dei sum id quod sum.« Nam et ipsum esse accepit gratis a Deo. Sic imago Dei nobis concreata, quae est ipsa animae natura, dicitur gratia secundum Alexandrum ubi supra.

A 11	dans] dante BL	19	ipse om. GTr
A 12	Rom 11,35.	26/28	Cf. Alex. ib. m.1 n.606 sol. (IV, 946b).
13	1Ioh 4,10.	29/30	Rom 5,5.
14/15	Act 15, 11.	31	Ioh 14,23.
15/17	Rom 3,24.	34/35	1Cor 4,7.
19	Is 53,7.	35/36	1Cor 15,10.
20/21	Cf. Alex. III q.61 m.1 n.606 sol. (IV, 946s) et ib. m.2 a.5 n.612 (IV, 966s).	36/37	Cf. Alex. ib. sol.; m.2 a.5 n.612 (IV, 946b. 966a).

Gratia large est Dei donum naturae rei superadditum, sive consequatur naturam generaliter sive hanc naturam specialiter, ut sunt corporis fortitudo, animi vigor, ingenii perspicacitas et industria, cognitio rerum etiam naturaliter acquisita, eloquentia, affabilitas, etiam exteriorum rerum possessiones. Omnia enim haec gratis a Deo donantur, secundum illud Iac. 1. «Omne datum optimum et omne donum perfectum desumsum est a Patre luminum» et illud Ioh. 3. «Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de caelo.» Hoc modo dicimus homines sanos, ingeniosos, potentes, divites etc. gratiam multam consecutos a Deo. Et principes scribunt: «Eberhardus Dei gratia Wirtembergensis et Teckensis», «dux talis provinciae».

Proprie et stricto gratia est donum supernaturale a solo Deo superadditum naturae, ut est donum prophetiae, donum linguarum et virtutes infusae. Hoc modo accipitur 1 Cor. 12, ubi dicitur: «Divisiones gratiarum sunt, unus autem Spiritus.» Et post specificantur hae gratiae, quae sunt: sermo sapientiae, sermo scientiae, fides, gratia sanctorum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio sermonum. Et sequitur: «Haec omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.»

Gratia propriissime sive strictissime accepta est donum supernaturale a solo Deo rationali creaturae infusum, quo ipsa redditur grata Deo et accepta ad vitam aeternam beatificae possidendam. Sic accipitur Rom. 6: «Stipendia peccati mors, gratia Dei vita aeterna», et in aliis multis locis.

(Augustinus ad illas acceptiones)

De gratia largissime sumpta dicit *Augustinus* Epist. 95 naturam hominis gratiam dici. Sic enim respondet *Pelagius*, ut refert *Augustinus*, «ut eam» (gratiam scilicet) «esse diceret non nisi naturam, in qua condidit nos Deus». Et infra: «Gratia creatoris natura» est, inquit *Pelagius*, «creati hominis». Et in Epist. 94 lex data homini a Deo, ut ei viveret, gratia dicitur. Item in Epist. 95 doctrina nobis data gratia dicitur, et in Epist. 106. Unde inquit in epistola praefata 95: «Sive enim gratiam dicat liberum arbitrium sive legis praeceptum sive remissionem peccatorum.» Item

43	est om. T. add. BL (<i>Vulg.</i>): descedens	53	singulis singulos T
45/46	Eberhardus Johannes GTr Wirtembergensis et Teckensis rex vel GTr talis add. GTr: regni aut	59/97	De ... gratia om. GTr
		65	liberum arbitrium (<i>Aug.</i>) li. ar. T; liberi arbitrii BL
38	Cf. Alex. ib. in locis ambobus.	60/61	Aug. ib. n. 6 (MPL 33, 767).
42/43	Iac. 1. 17.	61/62	Aug. ib. n. 9 (MPL 33, 768).
43/44	Ioh. 3. 27.	62/63	Aug. Epist. 178 n. 1 (MPL 33, 773).
49	1 Cor. 12. 4.		Cf. etiam Aug., Epist. 175 n. 2 (MPL 33, 760).
50/52	Cf. 1 Cor. 12. 8-10.	63/64	Aug., Epist. 177 n. 4 (MPL 33, 766).
52/53	1 Cor. 12. 11.		Non doctrina, sed liberum arbitrium
54/56	Cf. Alex. ib. in locis ambobus (IV, 947a. 966b).		ibidem gratia dicitur, cf. lin. 64s.
56/57	Rom. 6. 23.	64	Cf. Aug., Epist. 186 c. 1 n. 1 (MPL 33, 816).
59	V. supra lin. 26. 33ss.		
59/60	Cf. Aug., Epist. 177 n. 7 (MPL 33, 767s).	64/65	Aug., Epist. 177 n. 4 (MPL 33, 766).

Epist. 91 gratia dicitur omne id, quod quotidie consequimur vel habemus. Idem habet *Augustinus* in De verbis Apostoli sermone 11 et 13.

De gratia large ait *Augustinus* ubi supra Epist. 95: «Non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati sumus, ut nonnihil essemus nec ita essemus aliquid ut cadaver, quod non vivit, et arbor, quae non sentit, aut pecus, quod non intelligit, sed homines, ut essemus et viveremus et sentiremus et intelligeremus.» Sequitur: «Non immerito illa gratia dici potest, qua non praecedentium aliquorum bonorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata est.» Et infra: «Illam vero gratiam, qua creati sumus homines» etc. Ad idem sermone 11 in De verbis Apostoli et *Innocentius* papa ad patres Carthaginiensis concilii, et est Epist. Augustini 91. Possunt tamen illa dicta etiam aliquo modo applicari ad primam acceptionem gratiae. De gratia strictissime sumpta *Augustinus* dicit esse scriptum illud *Apostoli* Rom. 4: «Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei autem, qui non operatur, credenti in eum, qui iustificat impii, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae Dei.» Item: «Non irritam facio gratiam Dei», Gal. 2. Item: «Qui in lege iustificamini, a gratia excludistis», Gal. 5 etc. Hanc gratiam *Augustinus* in Epist. 95, quae est ad papam Innocentium contra doctrinam Pelagii, nominat gratiam christianorum, dicens: Gratia christianorum «non est natura, sed qua salvatur natura». «qua praedestinati vocamur, iustificamur et glorificamur, ut dicere possimus: Si Christus pro nobis, quis contra nos est? Qui etiam proprio Filio suo non peperit». Et infra eadem epistola: «De hac gratia vertebatur quaestio, quando ab his, quos Pelagius graviter offendebat atque turbabat, dicebatur ei, quod eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret non solum ad faciendam, verum etiam ad perficiendam mandata divina per liberum arbitrium humanam sibi sufficere naturam.» Haec ille.

Ex illa gratiae distinctione facile responderi posset ad opinionem *Gregorii de Armino*, de qua infra dist. 28, an scilicet homo per liberum arbitrium possit sine gratia moraliter bene agere, praecepta servare etc.

Iniunxit etiam in praefata epistola *Augustini* differentia inter facere mandatum et perficere. 'Perficere' enim ultra 'facere' importat meritorie et ad consecutionem glo-

86	est om. BL (<i>Vulg.</i> , <i>Aug.</i>)	76	V. supra lin. 33-37.
66	Cf. Aug., Epist. 181 n. 4 (MPL 33, 781).	77	V. supra lin. 54-57. - Cf. Aug., Epist. 177 n. 8 (MPL 33, 768).
66/67	Cf. Aug., Serm. 26 c. 4-6 n. 4-7; c. 11 n. 12 (CChr. 41, 350. 78 - 351. 95; 351. 103-112; 352. 122-139; 356. 248 - 357. 264; MPL 33, 172s. 176s). In Serm. 156 (MPL 33, 849-859) non invenitur aliquid huius sententiae.	78/80	Rom. 4. 4s; cit. apud Aug. ib.
		81	Gal. 2. 21; cit. apud Aug. ib.
		81/82	Gal. 5. 4; cit. apud Aug. ib.
		82/86	Aug. ib. n. 7 (MPL 33, 767s).
		85/86	Rom. 8. 31s; cit. apud Aug. ib.
68	V. supra lin. 38-46.	87/90	Aug. ib. n. 8 (MPL 33, 768).
68/73	Aug., Epist. 177 n. 7 (MPL 33, 767s).	91/93	Cf. Greg. Armin. II d. 26-28 q. 1 (Ed. Trapp/Marcilio VI, 22-58).
73/74	Aug. ib. n. 8 (MPL 33, 768).	92	Cf. Biel II d. 28 A. 14-49.
74	V. supra ad lin. 66s.	94/95. 96/97	Cf. Aug. ib. n. 10. 17 (MPL 33, 768. 771).
75	V. supra ad lin. 66.		

riae observare mandatum. *Pelagius* vero assererat liberum arbitrium homini sufficere ad utrumque sine gratia.

(*Divisio gratiae proprie acceptae*)

B Et secundum haec gratia proprie sive stricte pro dono supernaturali accepta dividitur in gratiam gratum facientem et gratiam gratis datam.

Gratia gratum faciens est, quae nunc ultimo definita est, quia habens amicus Dei constituitur et dignus vita aeterna. Est enim quaedam forma animae a Deo infusa, quia anima formaliter redditur Deo cara et grata et qua ordinatur ad vitam aeternam possidendam, nisi obicem posuerit vel impedimentum.

Gratia gratis data est donum supernaturale datum alicui ad utilitatem sui vel aliorum, quo habens non est formaliter gratus Deo. Potest enim tale donum stare in peccatore, qui non est gratus Deo. Hanc definit *Alexander* III q. 73 m. 2: Est «donum infusum rationali naturae sine meritis, quantum in se est disposens ad salutem propriam vel alterius aedificationem». «Disponens» intelligit non de propinquo, sed quasi distanter propter gratiam gratum facientem, quae est dispositio de propinquo, quia sufficiens. Et quoniam haec gratia non habet nomen speciale sibi impositum, appropriat sibi nomen generale, sicut in multis aliis fieri solet.

15 In hac tamen distinctione et tribus sequentibus 'gratia' accipitur propriissime pro gratia gratum faciente.

[*Notabile 2*]

C Secundo notandum quod *Magister* in *Littera* gratiam dividit in gratiam operantem et gratiam cooperantem. Quae non est divisio in membra distincta, sed in idem diversimode consideratum, id est in ordine ad diversos suos effectus. Sunt enim duo effectus principales gratiae.

Unus est gratificare naturam. Nam gratia haec iustificat impium, liberans eum a miseria culpae. Per gratiae enim infusionem remittitur peccatum, *Glossa* super illud Rom. I: «Gratia vobis et pax»: gratia, id est «remissio peccatorum». De quo dicitur in IV. Quo dimisso, de peccatore iniusto ac Dei inimico fit innocens, iustus ac Deo amicus et gratus. Et hunc effectum habet sola sua informatione. Ex hoc enim quod informat, solum gratificat naturam, hoc est: acceptam facit ad vitam aeternam. Un-

B 3	qua] quam Bl	11	intelligit] intelligitur Tr
5	et (2) om. G1r	C 4	principales] add. G: scilicet
8	quo] quod Bl	6	remittitur] dimittitur G
10	rationali T1TBL (<i>Alex.</i>) rationale	10	acceptam] acceptum Tr
	G		
B 1	Cf. supra A 47-53.	3	Cf. Lomb. ib. c. 8 n. 2 (c. 9 n. 239; MPL 192, 713).
3	V. supra A 54-57.		
9/11	Alex. III q. 63 m. 2 n. 647 resp. (IV, 1025b).	7	Rom. I, 7. - <i>Glossa</i> interlin. in hunc locum, cit. apud Thom. S. Th. VII q. 110 a. 1 arg. 3.
11/13	Cf. Alex. ib.	7/8	Cf. Biel IV d. 14 q. 2 N 35-65, d. 18 q. 1 G; H 1-20, I.
15/16	V. supra lin. 3-6.		
C 1/2	Cf. Lomb. II d. 26 c. 1 n. 1s; c. 2 n. 2; c. 8 (c. 1 n. 228; c. 2 n. 230; c. 9 n. 239; MPL 192, 709a, 713).		

de, sicut pulchritudo corporis reddit totum corpus humanum gratum et amabile, ita gratia decor est animae faciens animam eo quod inest acceptam Deo. Unde *Glossa* super illud Ps.: «Ut exultaret faciem eius in oleo»: «Gratia est quidam nitor animae ad conciliandum sanctum amorem». Et hunc effectum semper habet, etiam in infantibus baptizatis.

Secundus effectus est inclinare operationes in finem ultimum, qui est Deus. Inclinat enim hominis voluntatem ad elicendum opera sua principaliter propter Deum tanquam finem super omnia intentum et dilectum. Et per hoc facit opera hominis meritoria et aeterno praemio digna.

Quantum itaque ad primum effectum dicitur operans vel praeveniens, quia praevenit voluntatem, eam praeparando et bonam, iustam et acceptam Deo faciendo, ut digne bonum velit.

Quantum vero ad secundum effectum dicitur gratia cooperans et subsequens, pro quanto adjuvat voluntatem, inclinando eam ad opera meritorie perficienda. Prius enim est natura, etsi non tempore, ut natura gratificetur, quatenus opus eius ad praemium acceptetur. «Respectu Dominus ad Abel et munera eius»: prius ad personam, deinde ad munus oblatum.

Ex quo manifestum est quod gratia operans et cooperans non est duae, sed una gratia sic duplici nomine propter diversos effectus dicta. Et ita divisio illa est terminata in membra non re, sed ratione distincta, id est in membra eandem rem diversis rationibus significantia.

[*Notabile 3*]

Tertio hic supponatur ex dist. 17 primi, quod caritas est virtus theologica immediata a Deo infusa, qua habens eam Deum habet carum, id est diligit Deum, et qua opera ex ea procedentia Deo placita et ad vitam aeternam sunt accepta.

Sunt autem quaedam proprietates et excellentiae, quae uniformiter attriuntur caritati et gratiae, scilicet iustificare impium («caritas enim operi multitudinem peccatorum», I Petr. 4; et de gratia dicitur ad Tit. 3: «iustificati gratia ipsius, ut heredes simus secundum spem vitae aeternae»), placare et acceptum facere Deo («Qui diligit me, diligitur a Patre meo», Ioh. 14; de gratia dicitur: «Habemus gratiam, per quam servientes placeamus Deo», Hebr. 12; item utraque salvat (Nam «finis prae-

14	conciliandum TBL (<i>Glossa ord.</i>) re-	30	in (2) om. G
16	conciliandum G1r	D 5	iustificare impium] instituire imperium TBL
16	operationes] operantem Tr	8	diligitur (<i>vide infra lin. 19</i>) diligitur TBL
23	vero om. G		
26	Respectu] Respectu TBL		
13	Ps 102. 15.	D 1/3	Cf. Biel I d. 17 q. 1 D 1-10; q. 3 B 3-16.
13/14	Cf. <i>Glossa ord.</i> et <i>Glossa Lomb.</i> (MPL 191, 936 A) in hunc locum, cit. apud Bonav. II d. 26 dub. 2 resp.; Thom. ib. a. 2 sed c.	5/6	I Petr. 4.8.
		6/7	Tit. 3.7.
		7/8	Ioh. 14.21.
26	Gén. 4.4; cit. apud Thom., Sent. II d. 26 q. un. a. 3 sol.; Scot. II d. 26 arg. 4 n. 2 (VI/2, 897).	8/9	Hebr. 12.28.
		9/10	1 Tim. 1.5.

riae observare mandatum. *Pelagius* vero asserbat liberum arbitrium homini sufficere ad utrumque sine gratia.

(Divisio gratiae proprie acceptae)

B Et secundum haec gratia proprie sive stricte pro dono supernaturali accepta dicitur in gratiam gratum facientem et gratiam gratis datam.

Gratia gratum faciens est, quae nunc ultimo definita est, qua habens amicus Dei constituitur et dignus vita aeterna. Est enim quaedam forma animae a Deo infusa, qua anima formaliter reditur Deo cara et grata et qua ordinatur ad vitam aeternam possidendam, nisi obicem posuerit vel impedimentum.

Gratia gratis data est donum super naturale datum alicui ad utilitatem sui vel aliorum, quo habens non est formaliter gratus Deo. Potest enim tale donum scire in peccatore, qui non est gratus Deo. Hanc definit *Alexander* III q. 73 m. 2. Est «donum infusum rationali naturae sine meritis, quantum in se est disposens ad salutem propriam vel alterius aedificationem». «Disponens» intelligit non de propinquo, sed quasi distanter propter gratiam gratum facientem, quae est dispositio de propinquo, quia sufficiens. Et quoniam haec gratia non habet nomen speciale sibi impositum, appropriat sibi nomen generale, sicut in multis aliis fieri solet.

In haec tamen distinctione et tribus sequentibus 'gratia' accipitur propriissime pro gratia gratum faciente.

[Notabile 2]

C Secundo notandum quod *Magister* in Littera gratiam dividit in gratiam operantem et gratiam cooperantem. Quae non est divisio in membra distincta, sed in idem diversimode consideratum, id est in ordine ad diversos suos effectus. Sunt enim duo effectus principales gratiae.

Unus est gratificare naturam. Nam gratia haec iustificat impium, liberans eum a miseria culpae. Per gratiae enim infusionem remittitur peccatum, *Glossa* super illud Rom. I: «Gratia vobis et pax»: gratia, id est «remissio peccatorum». De quo dicitur in IV. Quo dimisso, de peccatore iniusto ac Dei inimico fit innocens, iustus ac Deo amicus et gratus. Et hunc effectum habet sola sua informatione. Ex hoc enim quod informat, solum gratificat naturam, hoc est: acceptam facit ad vitam aeternam. Un-

B 3	qua] quam BL	11	intelligit] intelligitur Tr
5	et (2) om. GTr	C 4	principales] add. G: scilicet
8	quod quod BL	6	remittitur] dimittitur G
10	rationali TrTBL (<i>Alex</i>) rationale	10	acceptam] acceptum Tr
	G		

B 1	Cf. supra A 47-53.	3	Cf. Lomb. ib. c. 8 n. 2 (c. 9 n. 239; V. supra A 54-57.
3	Alex. III q. 83 m. 2 n. 647 resp. (IV, 1025b).	7	MPL 192, 713). Rom 1, 7. - <i>Glossa</i> interlin. in hunc locum; cit. apud Thom., S. Th. I/II q. 110 a. 1 arg. 3.
11/13	Cf. Alex. ib.	7/8	Cf. Biel IV d. 14 q. 2 N 36-65; d. 18 q. 1 G; H 1-20; I.
15/16	V. supra lin. 3-6.		
C 1/2	Cf. Lomb. II d. 26 c. 1 n. 1s; c. 2 n. 2; c. 8 (c. 1 n. 228; c. 2 n. 230; c. 9 n. 239; MPL 192, 709s. 713).		

de, sicut pulchritudo corporis reddit totum corpus humanum gratum et amabile, ita gratia decor est animae faciens animam eo quod inest acceptam Deo. Unde *Glossa* super illud Ps.: «Ut exhiberet faciem eius in oleo»: «Gratia est quidam nitor animae ad conciliandum sanctum amorem». Et hunc effectum semper habet, etiam in infantibus baptizatis.

Secundus effectus est inclinare operationes in finem ultimum, qui est Deus. Inclinat enim hominis voluntatem ad eliciendum opera sua principaliter propter Deum tanquam finem super omnia intentum et dilectum. Et per hoc facit opera hominis meritoria et aeterno praemio digna.

Quantum itaque ad primum effectum dicitur operans vel praeveniens, quia praevinit voluntatem, eam preparando et bonam, iustam et acceptam Deo faciendo, ut digne bonum velit.

Quantum vero ad secundum effectum dicitur gratia cooperans et subsequens, pro quanto adiuvat voluntatem, inclinando eam ad opera meritorie perficienda. Prius enim est natura, etsi non tempore, ut natura gratificetur, quatenus opus eius ad praemium acceptetur. «Respexit Dominus ad Abel et munera eius»: prius ad personam, deinde ad munus oblatum.

Ex quo manifestum est quod gratia operans et cooperans non est duae, sed una gratia sic duplici nomine propter diversos effectus dicta. Et ita divisio illa est terminata in membra non re, sed ratione distincta, id est in membra eandem rem diversis rationibus significantia.

[Notabile 3]

Tertio hic supponatur ex dist. 17 primi, quod caritas est virtus theologica immediata a Deo infusa, qua habens eam Deum habet carum, id est diligit Deum, et qua opera ex ea procedentia Deo placita et ad vitam aeternam sunt accepta.

Sunt autem quaedam proprietates et excellentiae, quae uniformiter attribuuntur caritati et gratiae, scilicet iustificare impium («caritas enim operit multitudinem peccatorum», IPetr. 4; et de gratia dicitur ad Tit. 3: «iustificati gratia ipsius, ut heredes simus secundum spem vitae aeternae»), placare et acceptum facere Deo («Qui diligit me, diligetur a Patre meo», Ioh. 14; de gratia dicitur: «Habemus gratiam, per quam servientes placeamus Deo», Hebr. 12; item utraque salvat (Nam «fins pra-

14	conciliandum TBL (<i>Glossa</i> ord.) re-	30	in (2) om. G
16	conciliandum GTr	D 5	iustificare impium] insinuare imperium TBL
23	operationes] operantem Tr	8	diligetur (<i>vide infra</i> lin. 19)] diligitur TBL
26	vero om. G		
	Respexit] Respicit TBL		
13	Ps 103, 15.	D 1/3	Cf. Biel I d. 17 q. 1 D 1-10; q. 3 B 3-16.
13/14	Cf. <i>Glossa</i> ord. et <i>Glossa</i> Lomb. (MPL 191, 986 A) in hunc locum; cit. apud Bonav. II d. 26 dub. 2 resp.; Thom. ib. a. 2 sed c.	5/6	IPetr 4, 8.
	Thom. ib. a. 2 sed c.	6/7	Tit 3, 7.
26	Gen 4, 4; cit. apud Thom., Sent. II d. 26 q. un. a. 3 sol.; Scot. II d. 26 arg. 4 n. 2 (VII 2, 897).	7/8	Ioh 14, 21.
		8/9	Hebr 12, 28.
		9/10	ITim 1, 5.

cepi caritas*, 1Tim. 1; praeceptum autem ordinatur ad salutem secundum illud: «Si vis ad vitam ingredi, serva mandata», Mt. 19. De gratia dicitur: «Gratia estis salvati, non ex vobis. Dei enim donum est», Eph. 2; utraque sufficit ad salutem (De caritate dicitur: «Plenitudo legis est caritas», Rom. 13; item Rom. 8: «Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum»; et *Augustinus*: «Habe caritatem et fac quidquid vis.» De gratia 2Cor. 12 dicitur Paulus: «Sufficit tibi gratia mea»; utraque dividit inter filios regni et ceteris secundum *Augustinum* (Non enim potest carus Deo et gratus connumerari filius perditionis neque e converso filius perditionis esse Deo carus et gratus; sed nec diligens Deum potest Deo non esse carus secundum statim allegata: «Qui diligit me, diligetur a Patre meo»; utraque est forma virtutum, et neutra potest esse informis (De caritate 1Cor. 13: «Si linguis hominum loquar» etc.; de gratia 1Petr. 1: «Sperate in eam, quae offertur vobis, gratiam.» Ergo sine gratia ceteri habitus non sunt verae virtutes, quae spem vitae non tribuunt, nec sine gratia gratiae esse possunt); utraque perfecte coniungit fini, et hic in via, quantum via patitur, et ibi in patria (Nam utraque et naturam et operationes in Deum tanquam in obiectum proprium ordinat); utraque etiam est donum optimum et excellentissimum (De caritate habetur 1Cor. 13: «Maior horum caritas»; est etiam «perfectionis vinculum», Col. 3. De gratia dicitur: «Optimum est gratia stabilire cor», Hebr. 13).

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad articulum secundum est conclusio prima: Gratia, qua Deus ad vitam aeternam acceptat animam et eius actum, est aliquid positivum in ipsa a Deo creatum.

Illa conclusio est omnium doctorum concorditer. Quae non potest sufficienter et evidenter demonstrari, licet ad hoc plerique doctorum multum laboraverunt. Sed rationes eorum, licet persuadeant, non tamen necessario concludunt. Ex nullis enim mediis potest evidenter concludi necessitas simpliciter ponendi caritatem infusam seu gratiam ad acceptandum naturam rationalem et actum eius ad vitam aeternam

15	utraque] utramque T	22	vitae] add. GTr: aeternae
18	potest om. G	26	habetur om. G
21	eam] eo G	E 5	laboraverunt] laborarunt T
10/11	Mt. 19. 17.		Trin. XV c. 18 n. 32 (CChr 50 A,
11/12	Eph 2.8.		507.1-3; MPL 42, 1082).
13	Rom 13. 10.	18/19	V. supra ln. 76.
13/14	Rom 8. 28.	20	1Cor 13. 1.
14	Aug., In epist. Iohannis ad Parthos	21	1Petr 1. 13.
	tract. 7 n. 8 (MPL 35, 2088); cf.	26	1Cor 13. 13. - Col 3. 14.
	Enarr. in Ps. 31 s. 1 n. 55 (CChr 38,	27	Hebr 13. 8.
	228. 17s; 229. 16-18).	E 6/9	Cf. Occ. I d. 17 q. 1-1-M (III, 452.2-456.4); q. 2 D (III, 471.15 - 472.5);
15	2Cor 12. 9.		Soct. I d. 17 p. 1 q. 1-2 n. 126-129 (V,
15/16	Cf. Aug., In epist. Iohannis ad Parthos		200-208).
	tract. 5 n. 7 (MPL 35, 2016); De		

secundum potentiam Dei absolutam, ut sufficienter declarant *Scotus* et *Occam* I dist. 17, solventes rationes aliorum et insufficientiam earum declarantes.

Tenetur autem conclusio praedicta propter auctoritatem Scripturae et sanctorum, De summa Trinitate et fide catholica in Clementinis. Nam auctoritates supra allegatae sonant ad distinctionem gratiae et caritatis a Deo acceptante naturam et opus eius, sicut illa de caritate: «Caritas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis», quae expresse distinguit inter caritatem et Spiritum Sanctum. Similiter de gratia dicitur, quod Spiritus dividit unicuique gratiam prout vult; quod non solum de gratia gratis data intelligitur, sed etiam de gratia gratum faciente. Quod autem dividitur per Spiritum, non est Spiritus, sed donum creatum a Spiritu. Similiter illa *Glossa* allegata, quae dicit gratiam esse nitorem animae, vult gratiam esse aliquid creatum in anima. Ad idem possunt adduci multae auctoritates *Augustini* et sanctorum.

Haec autem conclusio latius tractatur in I dist. 17, ubi plura tacta sunt ad propositum valentia. Vide ibi.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Gratia non est substantia, sed accidentalis forma animae infusae.

Prima pars patet, quia nec est materia nec forma nec compositum substantiale (Non materia nec compositum, manifestum est; nec forma substantialis, quia tunc anima esset composita ex actu et potentia); ergo non est substantia. Tenet consequentia a sufficienti divisione *Philosophi* II De anima. - Item: Anima iusti esset alterius speciei ab anima peccatoris. Similiter et homo iustus et peccator differrent specie, quia in uno esset forma substantialis, scilicet gratia, quae non esset in alio. Secunda pars patet ex prima. Nam cum gratia est aliquid ens positivum ex conel. 1, et non est substantia, ergo accidet: omne autem accidens est forma inherens, igitur. Inhaeret autem animae, cum sit eius ornatus ipsam denominans et gratificans; nec aliud subiectum assignari potest.

9	declarant] declarat TBL	29/30	ergo ... anima (1) om. GTr
12	De ... Clementinis om. GTr	29	non (v. infra ln. 34) om. TBL
15	quae] qui GTr	32	uno] una T
20	aliquid] aliquid GTr	33	aliquid] aliquid Tr
22/23	ubi ... ibi om. GTr	34	forma] formae G
25	substantia GTr (v. infra ln. 29. 34)]		
	substantialis TBL		
10	Cf. Occ. ib. q. 1 E-H-N-Y (III, 445-451.456-466); q. 2 C-E-G (II, 469-471.472-474); Soct. ib. n. 113-124. 178-194 (V, 195-200.224-231).	16	Cf. 1Cor 12. 11 (v. ib. 52a).
	Cf. 83 c. un. in Clem. De summa	19	V. supra C 13s.
12	Trin. I 1 (RP II, 1134).	22	Cf. Biel I d. 17 q. 3 B-C.
	Cf. Arist., De anima II c. 1.2 (412a	30	Cf. Arist., De anima II c. 1.2 (412a
	6-11).		
12/13	V. supra D 5-27.	33/34	V. supra ln. 1-3.
14/15	Rom 5. 5 (v. supra A 29a).	34	V. supra ln. 27-32.

[Conclusio 3]

Tercia conclusio: Gratia est habitus animae virtuosus non acquisitus, sed infusus. Quod sit habitus, probatur. Quia est qualitas dirigens animam et inclinans ad opera meritoria, igitur habitus. Non tamen acquisitus, quia a solo Deo infusus, ut ex not. 1 patet.

Quod etiam sit virtus, patet per definitionem virtutis beati *Augustini*, quia «est bona qualitas mentis, qua recte vivitur, qua nemo male vitur, quam Deus» in nobis sine nobis «operatur». Omnes hae particulae conveniunt gratiae. Similiter et definitio *Philosophi* gratiae convenit, nam «habentem perficit et opus eius bonum reddit». Quod etiam non est acquisita, patet, quia nec ex actibus meritoris (hi enim praesupponunt gratiam) nec non-meritoris, quia tunc non inclinaret nisi ad actus non-meritorios, cum omnis habitus acquisitus ad similes actus inclinat eis, ex quibus generatur. Relinquitur ergo, quod est virtus infusa.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio et responsalis: Gratum faciens gratia ab infusa caritate est realiter distincta.

Probat: Quia non est ponenda pluralitas sine causa, sed si distinguerentur realiter caritas et gratia, altera superflueret. Nam quaecumque proprietates conveniunt caritati creatae, conveniunt et gratiae, et e converso, ut patet ex ultimo notabili: utraque enim gratificat naturam, utraque reddit opera meritoria vitae aeternae, et sic de aliis proprietatibus, igitur una superflueret.

Item: Quae per nullam potentiam sunt separabilia, sunt realiter indistincta: caritas et gratia sunt inseparabilia, ergo. — Maior patet, quia omnia realiter distincta Deus potest separare, saltem prius a posteriori. — Minor probatur: Quia, si separarentur, ita quod aliquis esset in gratia sine caritate, sequeretur quod is esset simul filius gehennae et regni. Item: Esset iustus et iniustus, amicus Dei et inimicus. Nam omnis habens gratiam est filius regni, iustus et Dei amicus. Et omnis carens caritate est filius perditionis, iniustus et Dei inimicus. Hoc consequens implicat, ergo et illud, ex quo sequitur.

(Explicatio conclusionis)

Verum, licet idem sint realiter caritas et gratia, quia eodem habitu, quo Spiritus Sanctus inhabitat animam, voluntas inclinatur ad suum finem super omnia diligenter

47	ad om. G	12	Nam] add. L: et
F 11	sequetur] sequitur TyTB	18	ad] in GTr
38	Cf. Scot. II d. 27 n. 3 (VI2, 907).		
40/41	V. supra A 54-56.		
42/44	Verba sunt ex Lomb. II d. 27 c. 1 n. 1 (c. 1 n. 243; MPL 192, 714), qui haust ex Aug., Retract. I c. 9 n. 4 (MPL 32, 597) et Enarr. in Ps. 118 s. 2 n. 1 (CChr 40, 1753, 30-37; MPL 37, 1577), cit. apud Lomb. ib. d. 26 c. 10 et d. 27 c. 1 n. 2 (c. 10 n. 241; c. 1 n. 243;	45	arg. 2.
			Artst., Eth. Nicom. II c. 5 (c. 6) (1106a 15-17, 20-24), cit. apud Thom. ib.
		F 1/2	Cf. Scot. ib.
		3	Cf. adn. ad Biel II d. 16 C 3-5.
		5	V. supra D 4-27.

dum, non tamen sunt termini synonymi, caritas scilicet et gratia, quia habitus ille dicitur 'caritas', quia eo habet voluntas Deum carum, 'gratia', quia ea Deus habet ipsam sibi gratam et acceptam. Differunt ergo in connotato; quia 'caritas' connotat Deum «in ratione diligibilis», 'gratia' connotat Deum ut gratum habentem sive acceptantem et ita ut diligentem. Substrative vero idem significant, quia eundem habitum infusum, quo habens diligit Deum et propter quem Deus acceptat habentem tantam vitam aeternam dignum.

Item: Gratia non dicit perfectionem simpliciter sicut 'caritas', quia 'gratia' non dicit «quodcumque propter quod Deus diligit» et acceptat aliquid, quia sic essentia in Filio esset gratia, «quia propter eam» Pater «diligit Filium». Sed dicit «illud, propter quod Deus acceptat» hominem sive rationalem creaturam tantquam dignam vitam aeternam ea «dignitate, quae est correspondentia meriti ad praemium». «Et ita perfectionem» «ponit in digno», scilicet quod «non est per se beatus» naturaliter, sed per aliquod tantquam principium meriti superadditum. — 'Caritas' vero dicit perfectionem simpliciter sicut 'sapientia' vel 'bonitas'. Unde in Deo est caritas, quia formaliter diligit, non autem gratia.

Ex quo sequitur quod non sunt termini convertibiles, quia omnis gratia est caritas, et non e converso. Divina enim essentia est caritas, qua diligit Deus. Essentia enim sua Pater diligit se, Filium et Spiritum Sanctum. Unde Ioh. 4: «Deus caritas est». Deus autem sive essentia divina non est gratia, quae est principium merendi beatitudinem: non enim est beatus per gratiam, sed per naturam. — Ex hoc tamen non sequitur quod, ubi in eodem concurrunt caritas et gratia, quod ibi distinguantur. Sicut 'animal' et 'homo' non sunt termini convertibiles, et ubi concurrunt, non distinguuntur realiter: in rationali enim creatura idem est animal et homo, sic 'sapientia' et 'sapientia creata'. De hoc aliquid tactum est disc. 17.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum est primum dubium: Utrum gratia subiectionetur in essentia animae vel in potentia.

Quaestio illa non habet dubium secundum opinionem supra disc. 16 declaratam, quae tenet quod animae essentia et potentiae non distinguantur. Sic enim, quia idem sunt, quicquid est in essentia tantquam in subiecto, est etiam in potentia tantquam in subiecto, et e converso.

20	quia (2) qua G ea om. GTBL	36	diligit (v. supra in. 34)] diligitur
22	diligibilis] diligents GTr gratia]		GT-TBL
	quia GTr	38	sive] sine T
27	et... aliquid om. GTr	40	distinguantur] distinguitur TBL
28	esset] add. TBL. in	43	creata] increata Tr De... 17 om.
29	dignam] digna T		GTr
		G 3	non] nullum GTr
19/23	Cf. Scot. II d. 27 n. 4 (VI2, 907).	43	Non invenimus neque in II d. 17 ne-
26/31	Cf. Scot. ib.		que in I d. 17.
35/36	Cf. Scot. ib.	G 3/4	Cf. Biel II d. 16 C 11-37.
37/38	Iloh 4, 16, alleg. apud Scot. ib. n. 3.		

Tenentes autem oppositum et ponentes distinctionem inter essentiam et potentiam adhuc diversificantur.

Sanctus *Thomas*, qui ponit distinctionem realem inter essentiam et potentiam, similiter inter gratiam et caritatem, consequenter dicit quod gratia perficit essentiam et caritas potentiam ipsam, scilicet voluntatem, tanquam forma subiectum.

Scotus vero, qui ponit distinctionem formalem tantum inter essentiam et potentiam et nullam inter gratiam et caritatem creatam infusam, ponit gratiam in potentia sicut et caritatem. Perficit enim potentiam in ordine ad actum meritorium. Plures rationes adducit *Scotus* distinctione praesenti libro II.

[*Dubium 2*]

H Secundum dubium: Utrum in eadem anima sit tantum una vel multiplex gratia.

Et videtur quod in uno sint diversae gratiae. Nam gratia est fides operans per caritatem, ut dicit *Augustinus* et allegat *Magister* in Textu. Et eadem ratione est spes, de qua dicit *Apostolus*: «Spe salvi facti sumus», Rom. 8. Est etiam caritas, ut dicit concl. 4. Fides autem, spes et caritas sunt habitus distincti in eadem anima; ergo in eadem sunt gratiae distinctae.

Responsio: In uno homine est una gratia totalis gratum faciens et non plures distinctae. Nam, ut dictum est, gratiae est gratificare naturam et ordinare in finem. Unus autem hominis una est natura, unus etiam finis ultimus et per consequens una gratia, licet illa propter diversas operationes diversa sortiatur nomina.

Et ad rationes in contrarium dicitur quod in auctoritate *Augustini* non est praedicatio per identitatem, sed per concomitantiam. Unde vult dicere: Gratia est fides, id est comitatur fidem operantem per caritatem.

Sic ad secundam dicitur quod «spe» accipitur pro spe formata, quae includit gratiam. Et ideo, licet fides, spes et caritas sunt tres habitus distincti, est tamen una gratia, quae est caritas, quibus spes et fides formantur.

Similiter est eadem gratia in infantibus et adultis, licet in adultis inclinet ad opera meritoria et non in infantibus, non propter defectum gratiae, sed usus rationis.

Sic est eadem gratia omnium sacramentorum, licet gratia baptismalis et paenitentiae iustificent impium, non autem ceterorum sacramentorum; quia gratia baptismalis et paenitentiae non praesupponit aliam gratiam praeviam in baptizato et

9	Sanctus) Beatus L	11	rationes) rationem GT*
H 2	uno) una L	14	spe (1)) spes L spe (2)) se B
5	4 om. Tr	18	non (1) om. G
7	totalis om. GT*	20	iustificent G* TBL] iustificet GT*

9/11 Cf. Thom., Sent. II d. 26 q. un. a. 3 sol.; S. Th. I/II q. 110 a. 4 resp.; cf. Biel ib. l. 6-18.

12/14 Cf. Scot. II d. 26 q. un. (VI/2, 897-900); cf. Biel ib. M 47-58.

14/15 Cf. Scot. ib. n. 4-6 (VI/2, 898s).

H 23 Cf. Aug., De spiritu et litt., c. 14 n. 26 (MPL 44, 217); cit. apud Lomb.

14 V. supra ltn. 3e.

paenitente sicut gratiae aliorum sacramentorum et possunt infundi ei, qui fuit iniustus et per eius infusionem fit iustus. Quod non est ita in ceteris sacramentis, quae non conferunt primam gratiam, sed praeexistentem augmentant.

Sic etiam eadem est gratia data patribus ante incarnationem et data nobis post Domini passionem, licet ista aperiatur regnum, non illa. Quae diversitas non contingit ex diversitate gratiae, sed solutionis debiti. Gratia enim etsi facit dignum regno, non tamen introduxit ante debiti solutionem, quod per passionem Christi solutum est. Ideo gratia infusa Nicodemo ante Christi passionem non aperuit regnum, priusquam Christus pateretur, et eadem manens post passionem aperuit Nicodemo regnum.

[*Dubium 3*]

Ultimo dubitatur: Utrum gratia distinguatur a gloria.

Respondetur breviter, quia latior inquisitio pertinet ad librum IV. Quia gratia est caritas, caritas autem secundum *Apostolum* non excidit. I. Cor. 13. «quia nec in hoc saeculo nec in futuro finietur» secundum *Glossam*, sed perficietur et consummabitur, gloria ergo, quae est fructus Dei perfecta sive in re, est gratia consummata, igitur gratia non distinguitur a gloria nisi sicut caritas viae a caritate patriae, quae non distinguuntur specie, sed sicut imperfectum et perfectum in eadem specie, sicut albedo remissa ab albedine intensa.

Et tantum de quaestione.

22	gratiae] gratia GT*	6	gloria GT* TBL] del. Tr et add. supra
I 5/6	igitur gratia GT* TBL] del. Tr rubro colore	9	pra hoc verbum rubro colore, gratia de quaestione] etc. G
29	Cf. Ioh 3, 1ss; 7, 50s.	I 2	Hanc quaestionem Biel non iam tractavit.
30	Cf. Ioh 19, 39.	3	I Cor 13, 8.
		3/4	Glossa ord. in hunc locum.

DISTINCTIO VICESIMA SEPTIMA

(Summarium Textus)

In hac distinctioe agit particularius de gratiae quidditate, simul ostendens eius causalitatem quantum ad meritoriam operationem. Cuius sententia summarie ex his tribus pendet conclusionibus:

Prima conclusio: Gratia, quae est de magnis bonis, non est liberum arbitrium nec eius actus seu motus, sed forma quaedam et qualitas mentis sicut iustitia, fides et quaelibet interior virtus.

Secunda conclusio: Meritum, quod est motus bonus animi, a gratia simul et libero arbitrio producit. Principalitas tamen causae meritorum non libero arbitrio, sed gratiae attribuitur.

Tertia conclusio: Quia non tantum gratia, sed et merita ab ea procedentia Dei sunt dona, «cum Deus coronat nostra merita, sua coronat munera».

Has Textus latius declarat cum distinctioe bonorum magnorum, mediolorum et minorum.

QUAESTIO UNICA

A Quia primae conclusionis materia quaestione praecedentis distinctionis determinata est, circa alias duas quaeritur:

Utrum anima per actum elicitum a voluntate et gratia, quia informatur, praemium aeternum de condigno mereatur

Præmissis notabilibus pro terminorum declaratione, subiungentur conclusiones cum dubiorum solutione.

[Notabile 1]

Quantum ad primum notandum quod quaestio haec non movetur ad inquirendum, utrum secundum potentiam Dei absolutam gratia sit necessaria simpliciter ad hoc, ut

[Articulus 1]

4.7.10 conclusio om. GTr liberum arbitrium] li. ar. T, liberi arbitrii BL	12/13 plurimorum] minorum GTr
4/6 Cf. Lomb. II d.27 c.1s.7 (c.1-3.9 n.243s.249; MPL 192, 714s.716).	12/13 Cf. Lomb. ib. d.26 c.9-11 (c.10s n.240-242; MPL 192, 713s).
7/9 Cf. Lomb. ib. c.3-5 (c.4-6 n.244-247; MPL 192, 715).	A 1 V. supra, Summarium Textus, lin.4-6.
10/11 Cf. Lomb. ib. c.6 n.1 (c.7 n.248; MPL 192, 715).	1/2 Cf. Biel II d.26.
11 Aug. Epist. 194 c.6 n.19 (MPL 33, 880); cit. apud Lomb. ib.	10/12 Cf. Occ. I d.17 q.1-3 (III, 440-479).

actus sit meritorius, ita quod contradictionem includat actum esse meritorium sine gratia creata, de qua nunc loquimur. De hoc enim tractatur late a *Doctore* I dist.17, et patet in I ibidem.

Sed nunc loquimur secundum potentiam Dei ordinatam, secundum quam ultra substantiam actus et omnes condiciones actus, quas experimentur, scilicet ultra delectationem «et facilitatem in agendo», bonitatem, quae est rectitudo seu conformitas actus ad rationem rectam «secundum dictam prudentiae vel fidei», «ultra haec omnia creditur esse una condicio in actu», ut dicit *Scottus* I q.1 dist.17, scilicet «quod est acceptabilis Deo non tantum communi acceptance, qua Deus acceptat omnem creaturam», «sed acceptance speciali, quae est ordinatio divina huius actus ad vitam aeternam tanquam meriti condigni ad praemium. Hoc etiam modo credimus naturam beatificabilem iustam esse habitualiter acceptam, hoc est, quando non actualiter operatur, adhuc tamen voluntas divina eam ordinat ad vitam aeternam tanquam dignam tanto bono secundum dispositionem, quam habet habitualiter in se.

Propter hanc inquam dispositionem naturae beatificabilis habitalem etiam quando non operatur et propter acceptance actus elicti a tali natura ponitur unus habitus supernaturalis, quo habens formaliter acceptatur a Deo, similiter et actus eius elictus tanquam «vita aeterna meritorius». Et hic habitus dicitur gratia sive caritas secundum dicta praecedentis quaestiois.

Ibi etiam declaratum est, quomodo habitus ille alter est «ratio acceptandi naturam et actum» eius. Nam ad acceptandum naturam sufficit quod gratia insit principio operativo, scilicet naturae seu voluntati tanquam decor «divinae complacens voluntati». Hoc autem non sufficit ad hoc, quod actus elictus acceptetur, aliqui enim habens gratiam non posset habere aliquem actum indifferentem nec peccare venialiter. Quod non conceditur, «quia neutrum illorum tollit illum decorem operantis». Et ita uterque actum, scilicet indifferens et veniale peccatum (quia stat cum gratia operantis) esset acceptus, quod implicat, quia tunc actus indifferens non esset indifferens et peccatum veniale non esset peccatum, cum actus a Deo acceptus nec sit indifferens nec sit peccatum. Sed ultra requiritur quod actus ille eliciatur secundum inclinationem talis habitus sive gratiae, ita quod gratia sit principium sive causa talis actus. Gratia autem non est principium aut causa partialis actus indifferentis aut peccati venialis.

12 Doctores] doc. GTr-TBL, lectio doctoribus aequae probabiliis est dist. om. G	22 acceptam GTr (Scott.) acceptatam TBL
13 et... ibidem om. GTr	28 vita aeterna] vitae aeternae L
14 secundum (2) om. Tr	30 Ibi] Ubi GTr est (1) om. G ille om. Tr
16 facilitatem G (Scott.) facultatem T-TBL	33 acceptetur om. G
	35 illorum] horum GTr
	39 nec sit] neque GTr
13 Cf. Biel I d.17 q.1-3.	30 Cf. Biel I d.17 q.3 f.1-16; G 27-39.
15/17 Cf. Scott. I d.17 p.1 q.1-2 n.126.129 (V, 200, 14-17; 202.9-13).	30/37 Cf. Scott. ib. n.130-132 (V, 203, 13-204.6).
17/28 Scott. ib. (V, 202.13 - 203.7).	39/41 Cf. Scott. ib. n.133 (V, 204.7s).
28/29 Cf. Biel II d.26 E 38-49; F 1-15.	

[Notabile 2]

B Secundo notandum quod ad rationem meriti in actu duo requiruntur in genere: Primum libera eius elicitio, secundum ad praemii retributionem acceptatio.

Propter primum actus naturalis necessitate elicitus seu productus, ut prima intellecto praevia actui voluntatis et lucere solis, non est actus meritorius. In involuntariis enim, quales sunt actus naturales, neque laudantur neque vituperantur, III Ethicorum. Meritum autem, ut distinguitur contra demeritum, est actus laudabilis.

Propter secundum actus bonus bonitate morali tantum, non gratuita, non est actus meritorius respectu beatitudinis, quia ad illam retribuendum non acceptatur. Actui enim extra caritatem facto, quantumcumque sit bonus moraliter, tamen nullus gradus beatitudinis sibi correspondet in praemio.

(Actus meritorius in genere)

Ex illo potest elici quid nominis actus meritorii in genere: «Actus meritorius est actus a voluntate libere» elicitus, ad retribuendum aliquod praemium acceptatus.

«Acceptatur autem actus ac retributionem praemii, quando aliquis aliquod praemium retribuit» elicienti aliquem actum vel alteri, pro quo factus est, quod praemium non retribueret, si actus ille non praecessisset.

Ex illo sequitur quod homo iustus non meretur illuminationem solis, quia aequae «facit Deus solem suum oriri super iustos et iniustos», Mt. 5.

Et hoc modo «meritum» generaliter extendit se ad meritum boni temporalis et meritum boni aeterni, similiter ad meritum de condigno et meritum de congruo. Et si «praemium» accipitur pro quolibet, quod retribuitur alicui, sive bono sive malo, extendit se meritum etiam ad demeritum.

[Notabile 3]

C Tertio notandum quod meritum communiter apud doctores est duplex, scilicet meritum de condigno et meritum de congruo.

(1.) Meritum condigni sive de condigno est actus a voluntate elicitus ad praemium alicui secundum debitum iustitiae retribuendum. Consistit autem iustitia illa in quadam proportione meriti ad praemium et aequalitate. Iustitia enim stricta sicut non reddit minus bonum pro maiori, ita nec minus bonum pro minori. Requiritur itaque ad meritum de condigno proportio aequalitatis meriti ad praemium.

Haec autem aequalitas attenditur vel ex natura et condicione intrinseca actus et praemii vel ex ordinatione, pacto aut conventione aut promissione praemiantis. Ex-

B 2	elicitio (cf. <i>infra</i> lin. 13)] electio GTr	22	meritum etiam] etiam meritum TBL
4/5	involuntariis] voluntariis BL	C 6	maiori] <i>add.</i> GTr: bono
5	sunt <i>om.</i> G	9	aut (1) <i>om.</i> GTr
8	retribuendam] retribuendum Tr, retributionem BL		
B 1/10	Cf. Biel, Expos., lect. 59 M 1-11 (II, 440).	C 1/2	Cf. B. Hamn, Promissio, Pactum, Ordinato, Freiheit und Selbstbindung Gottes in der scholastischen Gnadentheorie (BHTb 54), 1977, 445-482.
4/5	Cf. Arist., Eth. Nicom. III c. 1 (1109b 31s).		
12/16	Cf. Biel ib. M 13-18.	1/4	Cf. Biel ib. N 1-5 12s (II, 440).
17/18	Cf. Biel ib. M 19s.		
18	Mt 5, 45.	8/15	Cf. Biel ib. N 13-22 (II, 440s).

emplum primi: Ut quando merces commensuratur utilitati, quam praemians consequitur ex actu et operatione merentis. Exemplum secundi: Quando ex conventionem, pacto vel liberalitate promittitur tantum pro tali. Sic dicitur in evangelica parabola: «Nome ex denario convenisti mecum? Non facio tibi iniuriam, scilicet dando tibi secundum conventionem.» Tolle quod tuum est, et vade, Mt. 20. «Ubi iustitia servata fundatur in conventionem, non in natura actus.»

«Et sive sic sive attendatur aequalitas seu condignitas, meritum de condigno requirit aliquid in operante, aliquid in opere et aliquid in praemiantem.»

«In operante, quod sit amicus. Inimicus enim secundum beatum Augustinum», ut allegat *Magister*, dist. 26 huius secundi, «non est dignus praemio, sed poena. Ex quo sequitur quod peccator nihil meretur apud Deum de condigno, quia non est amicus, sed inimicus Dei. Similiter enim odio sunt Deo impius et impietas eius», Sap. 14. Et ibidem cap. 4: «Fructus impiorum inutilis.»

«In opere requiritur quod sit ordinabile ad utilitatem vel honorem praemiantis. Ideo opus existentis in gratia non ordinatum finaliter in Deum non est meritorium de condigno», ut dictum est not. 1.

«In praemiantem requiritur acceptatio sive ordinatio actus» sic elicitus vel imperati ad tale praemium. Est autem haec ordinatio in proposito nihil aliud nisi divina voluntas, quae ab aeterno voluit actum a tali et ex talibus principiis elicitum «esse meritum condignum tali praemio».

Ex quo sequitur quod non requiritur ad meritum condigni, quod actus meriti secundum intrinsecam suam bonitatem sit condignus seu proportionatus tali praemio; alioquin nullus actus temporalis esset aeterno condignus praemio. Sed illa condignitas attenditur in proposito ex divina acceptatione, qua ab aeterno voluit actum sic ex gratia elicitum esse dignum tali praemio, incomparabiliter excedente actus bonitatem secundum se sine acceptatione divina consideratam. Et secundum haec verum est, «quod Deus semper praemiatur ultra condignum. Universaliter quidem» semper praemiatur «ultra dignitatem actus», quo meremur, considerati secundum eius naturalem et intrinsecam bonitatem. Quod enim actus est condignus, non est ex sua intrinseca et naturali bonitate, sed «ex gratuita acceptatione divina». Particulariter etiam ultra id, «quod de communi lege acceptandus esset», praemiatur nonnumquam Deus «ex mera sua liberalitate». Verum respectu huius praemii excedentis acceptationem de lege communi actus non est meritorius de condigno, eo quod talis praemiatio est mere liberalis.

30	meritum condigni] praemium de condigno TBL	36	semper (2) <i>om.</i> GTr
31	seu proportionatus <i>om.</i> GTr	38	est (2) <i>om.</i> Tr
35	verum] vera Tr	39	etiam] <i>add.</i> Tr: dummodo
		40	id] <i>add.</i> G <i>infra</i> lineam: ad
13	Mt 20, 13.	21	Sap 14, 9.
14	Mt 20, 14.	22	Sap 4, 5.
16/29	Cf. Biel ib. N 22-36 (II, 441).	26	V. supra A 33-42.
18	Cf. Aug., Epist. 194 c. 3 n. 7 (MPL 33, 877); cf. apud Lomb. II d. 26 c. 7 n. 1 (c. 8 n. 238; MPL 192, 713).	32/37	Cf. Scot. ib. n. 149 (V, 210, 13-23).
		38/41	Cf. Scot. ib. (V, 210, 24 - 211, 3).

Sic ergo patet quod debitum iustitiae in praemiando actum ex gratia procedentem
 45 tali praemio aeterno non imittitur bonitati actus, quam habet ex natura sua intrinse-
 ca et a principis suis naturalibus, sed divinae ordinationi, quae est quaedam promissa
 sive conventio et pactum. Debitum enim est, ut pacta ac promissa serventur.

D (2.) »Meritum de congruo est actus libere elicitus, acceptatus ad aliquid retribuendum non ex debito iustitiae, sed ex sola acceptantis liberalitate. Et hoc meritum non coexistit aequalitatem dignitatis cum retributo neque in operante nec in opere nec in retribuente. Potest enim praemians aliquid retribuere operanti intuitu alienius
 5 actus, alias non daturus, non tamen tantum digno in se nec ratione operis condigni, sed ex sua liberalitate etiam ei, qui iniustus est. De hoc supra I dist. 17 q. 3.

[Conclusio 1]

E Quantum ad secundum articulum est conclusio responsalis ad quaestionem: Anima gratia informata per actum a voluntate simul et gratia elicium de condigno meretur aeternae beatitudinis praemium.

Haec conclusio virtualiter habet partes duas: Prima, quod anima per actum a voluntate et gratia elictum meretur praemium aeternum. Secunda, quod meretur de condigno. Et secunda includit primam.

(Probatio conclusionis)

Prima patet multiplici auctoritate utriusque testamenti, quibus merces aeterna promittitur operibus bonis; merces autem non est nisi respectu meriti praecedentis. Unde 2^a Par. 15 dicitur: »Erit merces operibus vestris.« Item Eccli. 22: »Merces mea necum est, reddere unicuique secundum opera sua.« Et Mt. 5: »Merces vestra copiosa est in caelis« etc. – Quod autem meretur de condigno, facit illud Sap. 3: »Tentavit illos et invenit eos dignos se.« Item Lc. 10 et 2^a Tim. 1: »Dignus est mercenarius mercede sua.« Item Col. 1: »Dignos nos fecit in parte sortis sanctorum.« Item de se loquens *Apostolus* ait 2^a Tim. 4: »Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; ideo reposita est mihi corona iustitiae, quam mihi reddet Dominus in illa die iustus iudex.« Si reddet iustus iudex, ergo secundum iustitiam; quod est praemiare condigne.

47	enim om. BL	13	Item om. GTr 2 ^a Tim. 1] 1 ^a Tim. 5 L
D 1	acceptatus] acceptus GTr	14	partem] partem BL (Vulg.)
6	De ... q. 3 om. GTr	15	2 ^a Tim. 4 om. GTr in textu; sed add. G in marg.
E 1	est om. GTr		
10	vestris om. G Eccl.] Eccl. T; Apoc. L		

D 1/6	Cf. Biel ib. N 43-52 (II, 441s).	12/13	Sap 3.5.
6	Cf. Biel I d. 17 q. 3 f. 1-16.	13/14	Lc 10, 7 (cit. apud Biel ib. R 6s, II, 444); 1 ^a Tim 5, 18.
E 10	2 ^a Par 15, 7; cit. apud Biel, Expos., lect. 59 K 3 (II, 438).	14	Col 1, 12.
10/11	Apoc 22, 12.	15/17	2 ^a Tim 4, 7s; partem cit. apud Biel ib. K 12 (II, 439).
11/12	Mt 5, 12; cit. apud Biel ib. K 6.		

Probat etiam conclusio quoad ambas partes: per definitionem meriti quoad primam et per definitionem meriti de condigno quoad partem secundam. Nam actus ex caritate elicitus acceptus est a Deo ad praemium vitae aeternae secundum debitum iustitiae reddendum. Debitum enim est et iustum, ut reddatur praemium operi promissum. Promisit autem Deus omnibus suis ministris beatitudinem. Volo, Pater, inquit Ioh. 12, ut »ubi ego sum, illic sit et minister meus«. Et huiusmodi declaratio satis patet ex not. 3.

(Auctoritates et ratio contra conclusionem)

Sed contra hanc conclusionem videntur esse multae auctoritates Scripturae. Nam F Rom. 8 dicitur: »Non sunt condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.« Item *Glossa* super illud Rom. 6: »Gratia Dei vita aeterna« ait: »Ut intelligeremus nos Deum ad vitam aeternam perducere non nostris meritis, sed »sua miseratione«. Similiter illud Lc. 17: »Cum feceritis quaecunque praecepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; quod facere debimus, fecimus.« Et illud Is. 64: »Quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae.«

Item: Praemium meriti de condigno redditur secundum iustitiae debitum, ita quod non reddens esset iniustus. Unde Rom. 4: »Ei, qui operatur, merces imputatur non secundum gratiam, sed secundum debitum.« Deus autem nullus potest esse debitor, 10 dicente *Apostolo* Rom. 11: »Quis prior dedit ei et retribuetur ei, quasi diceret: Nullus.

Item: Omnis debitor non reddendo est iniustus; Deus non reddendo non potest esse iniustus; igitur non potest esse debitor. – Consequentia nota cum maiore, dicente *Apostolo*: »Reddere omnibus debita.« Et sequitur: »Nemini quicquam debeatis«, 15 Rom. 13. – Minor probatur: Quia Deus potest praemium non reddere, cum ad extra operetur contingenter; non tamen potest esse iniustus, cum voluntas sua sit essentialiter iusta et prima regula totius iustitiae; unde quidquid potest aut vult, iuste potest et iuste vult, et per consequens nullus debitor esse potest.

(Ad auctoritates et rationem contra conclusionem)

Ad illas auctoritates et quascunque alias ad idem sonantes dicendum quod procedunt de nostris operibus consideratis in se secundum intrinsecam et naturalem eorum bonitatem, quam habent ex voluntate elicente conformiter rectae rationi, non secundum dignitatem, quam habent ex gratia cooperante et libera Dei acceptance, qua ea ut digna ordinat et acceptat ad tale praemium. Nam omnia opera no-

20	quoad ... secundum om. GTr	10	nullus GTr-BL] nullus T
24	huiusmodi] huius Ty	11	diceret] dicit TBL
F 4	aeternam om. GTr	22/23	eorundem] eius GTr
5	17] 6 TBL		
19/20	Cf. supra B 12s.	3	Rom 6, 23.
20	Cf. supra C 3s.	4/5	Glossa ord. in hunc locum.
23/24	Ioh 12, 26; cf. 17, 24; cit. apud Biel ib. S 32s (II, 446).	5/6	Lc 17, 10; cit. apud Biel ib. I 43s.
7	Is 64, 6; cit. apud Biel ib. I 36.		
24/25	V. supra C 3-15. 44-47.	9/10	Rom 4, 4.
F 2/3	Rom 8, 18; cit. apud Biel ib. I 47s (II, 438).	11	Rom 11, 35.
		15	Rom 13, 7, 8.

stra in se et in ordine ad nostram voluntatem considerata (quo modo proprie dicuntur opera nostra, quia sic considerata sunt in potestate nostra, non tamen excludendo generalem Dei influentiam), sic itaque considerata praecise sunt indigna tanto praemio, imperfecta et defectibus plena. Secus si considerantur ut sunt a Spiritu Sancto movente et inhabitante ac a gratia cooperante necnon a Dei voluntate ipsa ut digna acceptante. Sic enim digna sunt tali praemio beatifico secundum illud Est. 6: "Hoc honore dignus est quemcumque rex voluerit honorare."

In praemio enim est considerare beatitudinem formalem Dei, scilicet fruitionem, et beatitudinem obiectivam, quae est Trinitas benedicta secundum illud Gen. 15: "Ego sum merces tua magna nimis" (verba sunt Dei ad Abraham), et divina ordinatio seu voluntas, qua vult sic operantem tali mercede praemiare secundum illud Apoc. ultimo: "Merces mea mecum est", hoc est: in mea potestate et voluntate. — His etiam inventur aliquid proportionale in actu merito. Nam ibi est Spiritus Sanctus inhabitans per gratiam tamquam primum movens, qui proportionatur ultimo fini, Trinitati Deo, qui est beatitudo obiectiva. — Ibi est gratia gratum faciens supernaturalis a Deo infusa tamquam semen gloriae. Et sicut semen arboris virtute continet totam arborem, ita et gratia virtute continet praemium. Eo modo etiam, quo praemium est infinitum, et gratia est infinita. Nam gratia est caritas, quae secundum Apostolum "nunquam excidit". Nam et gloria est gratia consummata, ut distinctio ne praecedenti dictum est dubio ultimo. Et sicut "nec oculus vidit", quae praeparavit Deus etc., quod est praemium, ita "nec in cor hominis ascendit" perfectio gratiae. Perfectionem enim gratiae virtutalem in hac vita comprehendere nemo potest, sicut nec gloriam, quae est eius effectus tamquam causae meritoriae. Ad comprehensionem autem notitiam causae requiritur comprehensio omnium effectuum eius. — Ordinationi etiam divinae aliquo modo proportionatur subiectio humilis voluntatis, quae adiuta gratia libere fertur in Deum tamquam summum bonum super omnia dilectum, quam oboedientiam divina voluntas vult esse dignam tali praemio. — Et hoc est, quod vult *Alcander de Hales* III q. 69 m. 5 art. 2: Ad meritum de condigno tria requiruntur, scilicet gratia, quae est Spiritus Sanctus, et gratia creata, quae est habitus infusus, et libera voluntas. Et ita, si aggregantur omnia, quae concurrunt ad meritum, patet condignitas ad omnia, quae sunt in praemio.

31	beatificol beneficio BL	43	gratia est caritas GTr (v. supra d. 26 l. 23) caritas est gratia TBL
33	enim om. Tr	45	dubio ultimo om. GTr
35	Ego sumi. Noli timere, Abraham; ego protector tuus et BL (cf. <i>Valg.</i>) sic ... tali om. G praemiare] praemiar TBL	50	subiectio] subiectum BL quae] qua GTr
36		53	de condigno] condignum GTr
40	gratum faciens om. GTr	54	Spiritus Sanctus GTr (<i>Alex.</i>) ss. T; Spiritus Sancti BL
42	praemium] praemia TBL		
32	Est 6.11.	44	1Cor 13.8.
35	Gen 15.1.	44/45	Cf. Biel ib. I. 5.
37	Apoc 22.12.	45/46	1Cor 2.9; cit. apud Biel, Expos., lect. 59 S 168 (II, 446).
40	V. supra lin. 34.	49/50	V. supra lin. 38s.
41	V. supra lin. 33.	53/55	Cf. Alex. III q. 61 m. 5 a. 2 §1 n. 625 ad obl. 2 (IV, 990b).
42/47	Cf. Biel ib. S 12-19 (II, 446).		
43/44	Cf. Biel II d. 26 I. 2s.		

Ad rationem conceditur quod praemium redditur merito condigni secundum debitum iustitiae. Et negetur quod Deus nullius potest esse debitor. Nam licet Deus nullius debitor esse possit ex natura rei, potest tamen se facere debitorem nostrum ex sua libera voluntate, nobis promittendo pro talibus actibus tantum praemium. Sicut homo gratis promittens alicui ex sua liberalitate donum se debitorem illi constituit, tenetur enim secundum iustitiam servare promissum. *Apostolus* dicens: "Quis prior debet illi" etc. loquitur de redditione ex natura rei debita, scilicet pro aliquo prius ad sui utilitatem recepto. Hoc locum non habet in Deo, qui nullius eget.

Et cum iterum arguitur syllogistice, probandum Deum non posse esse debitorem, respondetur per distinctionem: Quia vel illa determinatio 'non reddendo' determinat maiorem extremitatem, scilicet 'debitor', ut maior valeat illam: "Omnia debitor non reddens est iniustus." Sic male subsumitur et male concluditur. Sed deberet sic syllogizari: Omnia debitor non reddens est iniustus; Deus non est iniustus; ergo Deus non est debitor non reddens. Suo modo, si arguitur cum verbo 'potest'. Sic conclusio est vera, quia licet Deus potest non reddere praemium, non tamen potest esse debitor et non reddere, cum quo non stat non reddere, cum eius voluntas sit immutabilis. — Si vero ly 'non reddendo' determinat ly 'iniustus', sic maior est falsa, quia valet illam: "Omnia debitor est iniustus non reddens", quae est falsa de Deo et multis aliis. — Si dicis: 'non reddendo' includit condicionalem et valet: "Omnia debitor, si non reddit, est iniustus", item distinguitur: Quia si conditionalis, non est syllogismus categoricus neque aliqua species syllogismi hypothetici. Si fuerit de condonato extremo, responderetur ut prius.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Anima non potest actu a voluntate libere elicto mereri primam gratiam de condigno.

Probat. Quia neque actu praecedente gratiam neque sequente.

Non primum, quia actus praecedens gratiam est actus peccatoris et ingrati Deo; ergo nullus eius actus est praemio dignus, ut dictum est.

Nec secundum, quia nullus actus potest esse meritum gratiae praeeistentis, tum quia meritum est via ad praemium, via autem non sequitur suum terminum; tum quia meritum condigni praesupponit gratiam sicut effectus causam. Gratia enim est causa principalis meriti, ut dicitur; ergo actus non potest esse meritum primae gratiae, quam praesupponit. Alioquin causae essent sibiinvicem causae in eodem genere

G 2	Deus (I) om. Tr	14	Sic] Si Tr
5	liberalitate] libertate TBL	9/10	gratiae om. G
6	<i>Apostolus</i> add. BL: enim	10	praesupponit] supponit TBL
7	ill om. GTr		
G 1/2	V. supra F. 8.	14	V. ib. 14.
2	V. supra F. 10.	17	V. ib. 13.
2/4	Cf. Biel, Expos., lect. 59 S 19-22 (II, 446).	22	V. supra lin. 10ss.
6/7	Rom 11.35 v. supra F. 11.	H 1/2	Cf. Biel, Expos., lect. 59 O 19-21 (II, 442).
9	V. supra F. 13s.	6	V. supra C 18-22.
10/11	V. ib. 13.	8/9	V. infra M 25-34.

causae; quod est impossibile. Meritum autem reducitur ad genus causae efficientis respectu praemii.

Si dicat: Bonus miles equum sibi a rege datum meretur per obsequia sequentia; ergo a simili quis gratiam sibi datam meretur per bonum usum gratiae receptae, hoc est per opera sequentia per gratiam elicta. – Illud supra improbatum est dist. 5, et est manifeste contra *Apostolum* ad Rom. 11: «Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia non est gratia.» Quod de prima gratia maxime verum est. – Praeterea: Non est simile de equo militis et gratia prima, quia rex non dat equum nisi intuitu servitii, quod sperat securum. Non enim daret equum, nisi praesumeret militem donum hoc sequentibus servitii compensaturum. Deus autem dans primam gratiam non dat illam intuitu meritorum sequentium; alioquin non daret ei, quem sciret non bene usurum gratia. Quod falsum est, quia omni non ponenti obicem infundit gratiam, etiam si postea non bene utatur, sicut est videre in pueris baptizatis accedente usu rationis a Deo aversis.

[Conclusio 8/]

I Tertia conclusio: Anima per actum a voluntate cooperante gratia elicitum potest mereri de condigno eiusdem gratiae augmentum.

Probatum auctoritate beati *Augustini* ad Bonifatium: «Gratia meretur augeri, ut aucta mereatur et perici.»

5 Et probatur ratione: Quia habens gratiam habet, unde potest proficere in merito praemii beatorum; ergo etiam habet, unde potest proficere in gratia. – Tenet consequentia, quia maior beatitudo retribuenda praerogavit maiorem gratiam in praemio. Oportet ergo gratiam crescere proportionabiliter ad gloriam retribuendam. Crescent autem gratia per sui augmentum. Quomodo autem augetur gratia, patet q. 4 et sequentibus I dist. 17.

Item: Omnes condiciones meriti de condigno conveniunt bono operi ex gratia elicto respectu ulterioris gradus gratiae, quo augetur; ergo. – Antecedens patet, quia ibi est dignitas elicentis, est gratia, qua cooperante meritum elicitur; est et proportio ad gradum, quo gratia augetur, quoniam, etsi tota gratia constituta ex gratia praesistente et superaddita excedit gratiam praesistentem, tamen gradus ille praesens, qui superadditur, non excedit. Et praesens respectu illius est meritum, non respectu praesistentis.

20	compensaturum] compensaturum G;	22	omni] homini Tr
	compensandum (abbreviatio pro syllaba dum rubro colore scripta est)	9/10	q. 4 et sequentibus om. GTr
21	quem] quam T	12	ibi om. GTr
		13	meritum om. GTr
		14	quoniam] quoniam TBL
13/15	Cf. Alex. ib. §3 n. 627 arg. 1 (IV, 991a, b).	3/4	Aug., Epist. 186 c. 3 n. 10 (MPL 38, 819); cit. apud Lomb. II d. 26 c. 2 n. 3 (c. 3 n. 23); MPL 192, 711; Alex. ib. a. 1 n. 624 arg. 3 (IV, 988a); Scot. I d. 17 p. 2 q. 1 n. 195 (V, 238, 75).
15	Cf. Biel II d. 5 C 29-38.		
16/17	Rom 11, 6; cit. apud Alex. ib. §1 n. 625 ad op. a (IV, 990a).		
18/21	Cf. Alex. ib. §3 n. 627 ad obi. 1 (IV, 992a, b).	9/10	Cf. Biel I d. 17 q. 4-8.
		11	Cf. supra C 16-29.

[Conclusio 1/]

Quarta conclusio: Anima obicis remotione ac bono motu in Deum ex arbitrio liberata elicit primam gratiam mereri potest de congruo.

Probatum: Quia actum facientis quod in se est Deus acceptat ad tribuendum gratiam primam, non ex debito iustitiae, sed ex sua liberalitate; sed anima removendo obicem, cessando ab actu et consensu peccati et eliciendo bonum motum in Deum tanquam in suum principium et finem, facit quod in se est; ergo actum remotionis obicis et bonum motum in Deum acceptat Deus de sua liberalitate ad infundendum gratiam. Ultra: Ergo remotione obicis et bono motu meretur gratiam de congruo. – Ultima consequentia patet ex quid nominis meriti de congruo. – Prima consequentia nota, quia syllogistica in tertio primae, accipiendo maiorem universaliter.

10 Maior probatur Zach. 1: «Convertimini ad me, et ego convertar ad vos.» Item Iac. 4: «Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.» Et Apoc. 3: «Ego sto ad ostium et pulso; si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum.» Converti ad Deum, appropinquare Deo, aperire illi est facere quod in se est. Convertitur autem Deus ad hominem, appropinquat ei et intrat habitando in eo et cenando cum illo per gratiam, quam infundit.

Item: «*Augustinus* super illud 2 Tim. 2: «Negare seipsum non potest: Cum sit iustus, non potest negare suam iustitiam. Ergo, cum sit misericors, non potest negare suam bonitatem et misericordiam, quia prior est ad largiendum de sua misericordia et bonitate quam ad puniendum de sua iustitia. Si ergo non potest suam iustitiam negare facientibus malum, multo magis non potest suam bonitatem et misericordiam negare illis, qui requirunt eam; sed qui facit quod in se est, requirit bonitatem et misericordiam;» ergo dat ei. Hoc autem est infundere gratiam.»

Item: «*Augustinus* super illud Rom. 5: «Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum; dicit: Deus recipit confuentes ad se, aliter in eo esset iniquitas; sed impossibile est quod in eo sit iniquitas; ergo impossibile est quod non recipiat confuentes ad se. Sed faciens quod in se est, confugit ad ipsum; ergo necesse est quod ipsum recipiat.» Recipit autem infundendo gratiam.

K 1	ac] et Tr (et add. supra lineam: sic)	22	requirunt] requirunt TF est om. G
7	de] ex GTr	24	habeamus] habemus L
14	appropinquare] appropinquate T; appropinquari BL aperire] aperiri BL	25	recipit GTr (Alex.) respicit TBL
K 9	V. supra lin. 8. – Cf. supra D 1s.	17/18	Cf. Aug., In Ioann. tract. 53 n. 9 (CChr 36, 456, 8-12; MPL 35, 1778);
9/10	V. supra lin. 6-8.		
10	Cf. Petr. Hisp., Summulae logicales, tract. 4 (4.07).	24/28	Alex. ib. arg. b.
11	V. supra lin. 3s. – Zach. 1, 3; cit. apud Biel, Expos., lect. 59 P 15 (II, 443).	24/25	Rom 5, 1.
12	Iac. 4, 8; cit. apud Biel ib. 15s.	25	Non est Augustini, sed Rhabani Mauri, Enarr. in Epist. Pauli II c. 3 (in Rom 8, 21-24; MPL 111, 1841 A).
12/14	Apoc. 3, 20.	28	Cf. Alex. ib.
17	2 Tim 2, 13.		
17/23	Alex. III q. 61 m. 5 a. 3 n. 629 arg. 4 (IV, 993a).		

Minor probatur: Quia removendo obicem, qui est consensus in peccatum, et eligiendo per liberum arbitrium motum in Deum bonum, facit quod in se est. Ultra enim ex se non potest, supposita semper generali influencia Dei, sine qua omnino nihil potest. Nam secundum *Alexandrum* III q. 69 articulo penultimo »in quolibet homine est ratio recta per naturam«, »qua quilibet potest cognoscere suum principium, scilicet Deum«. »Per hoc enim, quod quilibet homo naturaliter scit se non semper fuisse, scit se factum esse et« »habere principium et scit, quod ab illo principio habet, quidquid habet« boni, a quo »debet petere bonum« et suorum defectuum suppletionem. In cuius signum nulla fuit hominum ratio, quae voluit esse sine Deo, a quo necessaria et subventionem peteret, licet multi errantes et decepti idola colerent pro Deo. »Cum ergo secundum illam notionem per liberum arbitrium operatur homo, recurrendo ad illum, quem scit suum principium«, »et petit ab eo lumen cognitionis fidei et boni«, »facit quod in se est«. Et hoc »generaliter in quolibet homine«. In fidei autem peccatore, qui »habet fidem informem«, nihilominus fides illa »ad duo radiat, scilicet ad divinam iustitiam damnantem reprobos et ad divinam misericordiam salvantem electos«. »Si ergo avertat suum arbitrium ab actu peccati«, »considerando divinam iustitiam damnantem reprobos«, et convertat ipsum ad obediendum Deo et diligendum Deum consideratione misericordiae, qua salvat electos, ex primo generatur timor, »ex secundo spes«. Hoc faciendo facit quod in se est. Haec *Alexander* in effectu.

Potest brevius dici quod infidelis facit quod in se est, dum arbitrium suum confortat rationi ac toto corde petit ac quaerit illuminari ad cognoscendum veritatem, iustitiam et bonum. — Fidelis vero facit quod in se est, si secundum regulam fidei delectatur peccatum, proponens in omnibus obedire Deo et eius praecepta servare. Peccatum detestando removet obicem. Volendo Deo tantquam summo bono obedire propter Deum habet bonum motum in Deum. Et sic patet minor, quod removens obicem et habens bonum motum in Deum facit quod in se est.

De hoc supra q. 2 dist. 22 huius secundi.

[Articulus 8]

[Dubium 1]

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: Utrum homo per gratiam tantum sibi vel etiam aliis possit mereri.

Respondetur per aliquas propositiones.

29	probatur om. GTr	homo potest per vires quas actualiter habet. Haec Gerson De vita spirituali animae lectione prima 2
30	Deum Deo GTr	[<i>Gloucester</i> III, 118, 1s; <i>Opera</i> , ed. <i>Ioh. Koelhoff</i> , tom. II, <i>Coloniae</i> 1483, fol. 66 vo.]
38	idola illa Tr. illos BLF	De ... secundi om. GTr
39	notionem Tr. (<i>Alex.</i>) nationem GTrBLF	etiam om. G
41	hoc add. BL. est	56
50	add. Tr in marg.: Nam facere quod in se est, intelligo hoc facere, quod	56
29	V. supra lin. 4-6.	51
32/37	Alex. ib. ad obi. 6 (IV, 995a. b).	54/55
39/47	Cf. Alex. ib. (IV, 995b).	56
49	V. supra lin. 32-41.	Cf. Biel II d. 22 q. 2 n. 11-31.

(Propositiones 1-3)

Prima: Homo non potest alteri mereri beatitudinem sive gloriam directe nec ali- quem eius gradum. Et loquitur proposito de beatitudine essentiali.

Probatur: Quia beatitudo respondet tantum gratiae et operibus propriis eius, qui beatificatur, et non gratiae alterius nec alienis operibus; dempto merito Christi, qui omnibus nobis meruit gratiam. Dicit enim Scriptura 2Cor. 5: »Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis quae gessit, sive bonum sive malum.« Item 1Cor. 3: »Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suam laborem.« Ad Rom. 14: »Unusquisque pro se reddet rationem.« Item ad Gal. 6: »Quae semnaverit homo, haec et metet.« Et ibidem: »Unusquisque onus suum portabit.«

Dicitur notanter »directe«, quia, ut dicitur, unus potest alteri impetrare gratiam, cui correspondet gradus beatitudinis essentialis, et ita indirecte sive mediate potest unus alteri impetrare gloriam.

Secunda propositio: Unus potest alteri mereri primam gratiam de congruo, non de condigno.

Probatur pro parte prima Mt. 9: »Videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.« *Glossae*: »Pensate, quantum valet apud Deum fides propria, cum tantum valuit aliena, ut hominem sanaret in anima et corpore.« Non autem sanatur in anima nisi per gratiam. Sic beatus Paulus creditur conversus oratione sancti Stephani.

Secunda pars patet, quia ex merito alicuius sancti non confertur gratia peccatori ex debito iustitiae, tum quia nihil debet Deus peccatori nisi poenam, nec illud debet sancto oranti, quia pollicitus est Deus exaudire orationes sanctorum pro se, non pro aliis. Potest enim multipliciter impediri pro aliis orans.

Tertia propositio: Unus potest alteri mereri augmentum gratiae et cetera dona gratiae gratis datae.

Patet ex propos. 2. Si potest alteri impetrare gratiam primam, quod maius est, ergo etiam augmentum gratiae et cetera dona, quod minus est.

89	dempto ... gratiam om. GTr	22	propria om. G cum] si G
11	accipiet TBL (<i>Vulg.</i>) recipiat G; recipiet Tr	24	oratione] orationibus GTr
18	primam GTr (<i>cf. infra lin. 51</i>) om. TBL	28	orans om. GTr
		31	primam GTr (<i>cf. supra lin. 15</i>) om. TBL
L 5/6	Cf. Alex. III q. 61 m. 5 a. 2 §4 n. 628 sol. (IV, 992b).	18/19	Cf. Alex. ib.
9/11	2Cor. 5, 10.	20/21	Mt. 9, 2; ct. apud Alex. ib. arg. a (IV, 992a).
11/12	1Cor. 3, 8.	21/23	Glossa ord. in hunc locum; ct. apud Alex. ib.
12	Rom. 14, 12.	23/24	Cf. Act. 7, 58.
13	Gal. 6, 8.	26	Cf. supra C 18a.
13/14	Gal. 6, 5.	31	V. supra lin. 19a.
15	V. supra lin. 5. - V. infra lin. 18s. 29s.		

[Dubium 2]

M Secundo dubiatur: Cum meritorium est simul a libero arbitrio et a gratia, a quo sit principalis. Hoc est quaesitum, an liberum arbitrium sit causa principalior meriti et gratia quasi causa secunda, an e converso.

Ad hoc responderetur post Scotum I dist. 17: »In actu meritorio duo considerantur, scilicet illud, quod praecedat rationem meriti, puta »substantia actus, intensio eius et rectitudo moralis, id est, quod sit elicited vel imperatus conformiter rationi rectae. – Secundum est ratio meriti, quae est acceptatio divina »in ordine ad praemium» tanquam dignum tali praemio.

Similiter in gratia duo considerantur: Unum, quod est habitus quidam inclinans voluntatem ad actum certo modo elicendum sicut quilibet habitus. – Secundum, quod est »decor quidam» divinae complacens voluntati, propter quem actus (ad quem tanquam partialis causa inclinatur) ordinatur ad praemium beatitudinis tanquam dignus sic praemiari. Quod nihil aliud est nisi divina ordinatio seu voluntas, quae ab aeterno Deo ordinavit et voluit actum a tali qualitate concurrente active cum libero arbitrio productum praemiarum beatitudine et nullum actum liberi arbitrii tali qualitate non concurrente productum sic praemiarum.

Actus ergo meritorius quantum ad substantiam eius, intensionem et moralem rectitudinem est a voluntate tanquam a causa prima sive principali et a gratia tanquam a causa secunda sive minus principali, qualis est generaliter habitus respectu potentiae. Nam »potentia utitur habitu, non e converso». Non enim potest in actum habitus sine potentia, sed e converso potentia sine habitu. Etiam ipsa »voluntas est illimitata ad actum quam habitus». Habitus enim determinat potentiam ad certos actus vel ad certum modum agendi. Nunc autem »illimitatio ad plures effectus» vel modos agendi convenit causae superiori.

Quantum vero ad rationem meriti non ita. Nam ratio meriti principalissime convenit actui ex libera acceptance divina. Nam illa existente, omnibus aliis semotis, actus est meritorius, ut I dist. 17 patuit, illa non existente, omnibus aliis positis, non est meritorius. Verum stante divina ordinatione, qua tantum illum actum liberi arbitrii vult esse dignum praemio beatitudinis, ad quem concurrat ipsa gratia tanquam causa partialis, tunc ratio meriti principalis convenit actui ex gratia quam ex libero arbitrio seu voluntate. »Magis enim acceptatur actus ut dignus praemio, quia est eli-

M 6/7	id ... rectae om. GT ^r	22	determinat] determinant G
9	quidam] quidem T	25/26	convenit om. G
11	quidam] quidem TB	27	ut ... patuit om. GT ^r
16	productum om. GT ^r	29	quem] quam TBL ipsa om. GT ^r
20	actum] actu BL	30	principalis] principalis G

M 4/6	Scot. I d. 17 p. 1 q. 1-2 n. 142 (V, 207, 14-208, 2); cf. Biel I d. 17 q. 3 G 36-39.	20	Scot. ib. n. 138 (V, 207, 3); cf. etiam ib. n. 35 (V, 153, 8).
7/8	Cf. Scot. ib. (V, 208, 2-4).	21/24	Cf. Scot. ib. n. 141 (V, 207, 128); cf. etiam ib. n. 36 (V, 153, 11-13).
9/11	Cf. Scot. ib. n. 131, 133 (V, 203, 15-19; 204, 7-11). Cf. supra A 30-33, 39-41.	25/28	Cf. Biel I d. 17 q. 2 B 1-6. Cf. Scot. ib. n. 149, 152 (V, 210, 9).
		28/31	Cf. Scot. ib. n. 153 (V, 212, 17-21).
		31/32	Scot. ib. n. 152 (V, 211, 18-20).

ctus a gratia quam quia est elicited a libera voluntate, licet utrumque requiratur»; quia omnis actus elicited a gratia acceptatur ut dignus praemio, sed non omnis actus voluntatis.

Et potest poni exemplum: Cursus equi per certam viam ad certum terminum est ab equo et sessore dirigente equum. Principalis quidem ab equo quantum ad substantiam motus et eius velocitatem; sed inquantum directus per talem viam ad hunc terminum principalis est a sessore dirigente. Et potest cursus equi plus placere inquantum ducit sessorem per hanc viam ad illum terminum quam inquantum est motus quidam tantae velocitatis. – Et secundum hoc intelligendum est illud beati Augustini ad Sixtum presbyterum, quod »gratia habet se ad liberum arbitrium sicut sessor ad equum». Et illud ad Bonifatium papam: »Voluntate comitante, non ducente, pedisequa, non praevia.» Hoc quidem verum est respectu actus inquantum est meritorius, sed non inquantum »iste actus est.

Et esset exemplum illud »omnino simile, si equus esset» omnino »liber et sessor diriget per modum naturae equum ad certum terminum». Tunc enim »magis placeat» posset alicui ordinatae voluntati cursus equi ex hoc, quod est secundum inclinationem naturalem sessoris ad certum terminum, quam ex hoc, quod equus ex vi sua motiva velociter curreret. Tunc enim posset equus ex libertate sua sessorem delibere vel praeter eius directionem se in alium terminum movere. In primo quidem fieret omnino equus non-acceptabilis, quia non haberet sessorem, propter quem acceptaretur a tali voluntate. In secundo, licet equus esset acceptabilis, quia haberet sessorem, »non tamen cursus eius acceptaretur, quia non esset secundum directionem sessoris».

Ita »in proposito voluntas est quasi equus liber et gratia quasi sessor per modum naturae inclinans ad obiectum per modum determinatum». Cursus, id est operatio voluntatis, »secundum huiusmodi inclinationem placet» voluntati divinae, alias non; »sicut quando est peccatum veniale vel actus indifferens. Quando autem sessor», hoc est gratia, »abducitur, quod fit per peccatum mortale, omnino ipsa voluntas fit displicens». »Hoc etiam modo voluntas est pedisequa »gratiae, quia gratia ex natura sua determinate inclinatur ad obiectum, quod est finis ultimus. Et sic inclinare est sibi essentialiter, propter quam inclinationem acceptatur. Voluntas non ita determinate ex se inclinatur ad tale obiectum, quia potest ordinare actum suum in aliud obiectum finaliter. Ideo dirigetur a gratia, propter quam actus est acceptus. Ideo, licet quoad sub-

40	quidam] quidem BL tantae] caute	47	ex] et BL
42	TBL	56	id est] dicitur G
42	Voluntate] voluntarie BL	63	inclinat] inclinatur GT ^r
43	quidem T-TBL (Scot.) enim G		

40/42	Cf. Ps.-Aug., Hypognosticon III c. 11 n. 20 (MPL 45, 1682); cit. apud Scot. ib. n. 135 (V, 205, 13); cf. n. 154 (V, 213, 1).	43/44	Scot. ib. n. 154 (V, 213, 2-4).
42/43	Cf. Aug., Epist. 186 c. 3 n. 10 (MPL 38, 819); cit. apud Scot. ib. (V, 205, 45; 213, 2).	45/64	Scot. ib. n. 155 (V, 213, 5-16).
		50	V. supra lin. 49.
		52	V. supra lin. 50.
		55/60	Scot. ib. (V, 213, 16-22).
		60/63	Cf. Scot. ib. n. 156 (V, 214, 1-5).
		64/67	Cf. Scot. ib. (V, 214, 5-8).

stantiam actus sit causa principalis nec aliquid est intrinsecum actui, quod non causet voluntas, sed quantum ad acceptionem, quo actus talis est, ut placeat Deo, sic gratia est causa principalis et voluntas quasi secundaria.

Et hoc vult *Magister* distinctione praesenti, dum ait: Cum meritorium ex sola gratia esse dicatur, «non excluditur liberum arbitrium, quia nullum meritorium est in homine, quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merendis causae principalis gratiae attribuitur, quia principalis causa meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium et sanatur atque iuvatur voluntas hominis, ut sit bona.»

[Dubium 3]

N Dubitatur tertio: Utrum existens in gratia potest sibi mereri reparationem post lapsum.

Et videtur quod sic, quia secundum *Augustinum* «nihil dignius potest peti quam, si cadat homo, quod postea resurgat» secundum illud Ps.: «Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me, Domine.» Quod autem digne petitur, potest mereri. Nam quod digne aut iuste petitur, merito exaudiri a Deo; igitur existens in caritate si petat gratiam resurgendi post lapsum, dabitur ei, et ita oratione mereatur eam.

Respondetur secundum *Alexandrum* ubi supra et *Thomam* prima secundae quaestione ultima art. 7, quod nullus in caritate existens potest sibi mereri gratiam post lapsum, quia per mortale peccatum, quo labitur, omne meritum suum et «omnes iustitiae suae» evacuantur, secundum illud Ez. 18: «Si avertit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem», «omnes iustitiae eius, quas fecit, non recordabuntur.» Ergo nihil debetur cadenti pro bonis operibus, quae fecit stans in gratia. Moriantur enim omnia merita sua per peccatum mortale.

Ad argumentum in contrarium dicitur quod iuste petens non semper mereatur id, quod petit accipere, tum quia oratio non imitatur divinae iustitiae retributivae, sed divinae misericordiae, tum quia cadens ponit impedimentum peccando mortaliter et gratiam expellit ac merita priora mortificat, quae vivificari non possunt nisi per gratiam iustificantem, respectu cuius non est aliquod meritum, saltem condigni. Et

licet de congruo post lapsum potest mereri gratiam iustificantem, non tamen per opera prius in gratia facta, quia omnia illa per lapsum sunt mortua.

Sed videtur quod ratio non sufficit quantum ad meritum congrui, cum etiam quis per opera mortua extra gratiam facta, disponendo se ad gratiam mereatur de congruo, ergo multo magis per opera in caritate facta et postea mortificata.

Item. Potest Deus alicui intuitu bonorum operum in caritate factorum conferre gratiam resurgendi post lapsum de sua mera liberalitate, quam tamen non conferret, si opera bona non praecedissent, ergo opera praecedentia sunt meritoria de congruo gratiae resurgendi ex quid nominis meriti de congruo.

Ad auctoritatem *Ezechielis* dicitur quod iustitiae cadentis non recordabuntur quantum ad praemium beatificum, quod meruerunt de condigno. Non enim sunt illa opera omnino perditia apud eum, qui non sinit aliquod bonum irremuneratum.

[Dubium 4]

Quarto dubitatur: Utrum necessario Deus det gratiam facienti quod in se est.

Respondetur secundum *Alexandrum* II q. 69 articulo paenultimo, quod est necessitas coactionis et est necessitas immutabilitatis. Vei posset poni alia distinctio secundum *Occam* Quodlibeto VI q. 2, et habetur supra in I dist. 17 q. 1: Est enim necessitas simpliciter dicta seu absoluta, cuius oppositum includit contradictionem, et est necessitas ex condicione seu suppositione.

Tunc dicitur quod Deus det gratiam facienti quod in se est necessitate immutabilitatis et ex suppositione, quia disposuit dare immutabiliter gratiam facienti quod in se est, ut patet ex concl. 4 et ibi allegatis. Illa ergo ordinatione stante et suppositione, non potest non dare gratiam facienti quod in se est, quia tunc esset mutabilis. Sic praedestinatum non potest non salvare in sensu composito, quia impossibile est praedestinatum non salvari, licet in sensu diviso qui praedestinatio est potest non salvari, quia potest non esse praedestinatus, cum praedestinatio cuiuscumque sit contingens. Sic omnis ordinatio Dei ad extra est contingens. Unde haec consequentia est necessaria: 'A est praedestinatus; igitur A salvabitur', licet «tam antecedens quam consequens sit contingens». Item similiter sequitur: 'A facit quod in se est; ergo Deus dat ei gratiam', licet tam antecedens quam consequens sit contingens. Sic ergo necessarium est ex suppositione Deum dare facienti quod in se est gratiam,

66	acceptationem] acceptionem T sic]	11	labitur] collabitur G
	sicut TB	12	avertenti] avertit T
70	sic (<i>Lomb.</i>) fit G(?) Tr(?) TBL	13	iniquitatem] add. GTr: etc. eius
	principalitas GTBL (<i>Lomb.</i>) principalis Tr	15	enim] etiam TBL
N 4	resurgat] resurget GT	16	argumentum] tertium TBL
5	derelinquas] derelinques T		
68/72	<i>Lomb.</i> ib. c. 3 n. 2 (c. 4 n. 245; MPL 192, 715).	5/8	Cf. Alex. ib.
N 1/2	Cf. Alex. III q. 61 m. 5 a. 2 §2 n. 626 (IV, 991).	10/11	Cf. Thom. ib. resp.
3/4	Cf. Alex. ib. arg. 1. - Non invenimus; cit. apud Alex. ib. et Thom., S.Th. I/II q. 114 a. 7 arg. 1.	11/14	Cf. Alex. ib. ad opp.
4/5	Ps 70, 9; cit. apud Thom. ib.	12/13	Ez 18, 24; cit. apud Alex. ib. et Thom. ib. sed c.
		16	V. supra lin. 3ss.
		17/18	Cf. Thom. ib. a. 6 ad 2; a. 7 ad 1.
		18	Cf. Thom. ib. a. 7 ad 3 in fine.

23	sufficit] sufficit GTr	4	et... q. 1 om. GTr
27	liberalitate] libertate BL	9	est om. G
31	enim] potius legendum sit: autem	11	Sic] Sicut GTr
32	qui] quae G sinit] sunt G	12	salvare] salvere G
0 1	est om. GTr	14	Sic] Sicut G
3		15/16	[16 A] Augustinus BL
29	Cf. supra D 1s.	4/6	Cf. Occ. Quodlib. VI q. 2 (IX, 590, 13-24).
30	V. supra lin. 12s.	7/9	Cf. Alex. ib. (IV, 994a, b); Occ. ib. conel. 2 (IX, 591, 47-51).
23	Cf. Alex. ib. m. 5 a. 3 n. 629 (IV, 993).	9	V. supra K.
4	Cf. Alex. ib. sol. (IV, 994a).	14/16	Cf. Occ. ib. (IX, 590, 13-23).
	Cf. Biel I d. 17 q. 1 I 27-35.		

quia haec condicionalis est necessaria: Si homo facit quod in se est, Deus dat gratiam. Non autem necessario simpliciter nec coactus dat gratiam facienti quod in se est, quia illa necessitas non cadit in Deum respectu cuiuscunque creaturae.

Sed diceres: Impossibile est hominem facere quod in se est, quia facere quod in se est est removere obicem et impedimentum gratiae; obex gratiae est peccatum mortale; sed nullus potest peccatum suum removere, cum solus Deus remittat peccata.

Respondetur quod obex gratiae quandoque dicitur peccatum mortale quantum ad reatum, quandoque dicitur peccatum mortale quantum ad actum interiore et exteriori, qui est consensus et complacencia peccati. Primum removere non potest homo, quia peccatum quoad reatum non remouetur nisi per peccati remissionem; quod solus Dei est, qui tamen paratus est remittere facienti quod in se est. Obicem secundo modo dictum potest removere peccator, quia potest cessare a consensu et actu peccandi, immo odire peccatum et velle non peccare. Et de hoc obice intelligenda sunt dicta superius in quartae conclusionis probatione.

[Dubium 57]

P Dubitatur quinto: Utrum viator possit cognoscere se habere gratiam.

Pro responsione supponitur quod est cognitio certa, qualis est cognitio fidei, quae habetur per revelationem; est cognitio evidens, quae habetur de per se notis aut ex talibus demonstrabilibus vel notis per experientiam praesupponentem notitiam intuitivam rei; est cognitio coniecturalis, quae habetur per signa non simpliciter certa et infallibilia.

Tunc respondetur quod gratiam nobis inesse noscere certe possumus per revelationem; sicut novit *Apostolus*, cui dictum est 2Cor. 12: «Sufficit tibi gratia mea.» Et ipse ait: «An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus?», 2Cor. 13. Item Rom. 8: «Certus sum, quia neque mors neque vita etc.» potenter nos separare a caritate Christi.

Secundo dicitur quod gratiam nobis inesse evidenter scire non possumus. — Patet, quia quidquid scitur evidenter, aut est per se notum, ut principium, aut deducibile ex principio, ut conclusio demonstrabilis, aut per experientiam, quae praesupponit notitiam intuitivam; sed gratiam inesse nec per se notum est nec ex per se notis demonstrabile nec notum per experientiam, quia, cum sit habitus, non potest a nobis

19	homo om. GTy	P 8	sicut] Sic GTy 2Cor. 12 om. GTy in
24	remittat] remittit TBL		textu; sed add. Tr in marg.
28	qui] quia G Primum] Primo G	10	2Cor. 13 om. GTy, sed reservat Tr spatium
20/21	Cf. Alex. ib. (IV, 994a); Occ. ib. concl. I (IX, 590, 27-31).	8	2Cor. 12, 9. cit. apud Thom. ib.
26/30	Cf. Scot. II d. 28 n. 7 (VII, 915).	9	2Cor. 13, 3.
33	V. supra K 8-9, 29-55.	10/11	Rom. 8, 38s; cit. apud Alex. ib. § 3
P 2/6	Cf. Thom., S.Th. I/II q. 112 a. 5 resp.; Alex. III q. 61 m. 7 a. 3 § 1-3 n. 639-641.	12/14	Cf. Thom. ib.

intuitive cognosci. Licet enim anima intuitive cognoscat actus suos, ut intellectiones et volitiones, non tamen habitus sibi inexistentes.

Item: Quicquid potest in se experiri habens gratiam, simile potest experiri carens ea, ut haereticus et infidelis, ut dulcedinem, delectationem, laetitiam, firmitatem, promptitudinem sequendi suum errorem.

Tertio dicitur: Gratiam nobis inesse coniecturaliter scire possumus. — Patet, quia plura sunt signa, quibus coniecturam habere possumus et paene certitudinem inexistens gratiae. Quorum tria innuit *Propheta* in Ps. 4, ubi ad quaestionem multorum dicentium «Quis ostendit nobis bona?» respondet: «Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, dedisti laetitiam in corde meo.» Sequitur: «In pace in idipsum dormiam et requiescam.» Ubi secundum *Alexandrum* II q. 71 paenultimo articulo tanguntur tria signa inexistens gratiae, scilicet «lumen, laetitia, pax»: lumen veritatis in rationali, laetitia in bonis in concupisibili, pax consuetudine in irascibili. — Ponit et *Gerson* in *Tripartito* alia signa, quae sunt: displicencia commissorum peccatorum, propositum cavendi peccata propter Deum et propositum confitendi. — Plura alia signa ponuntur a diversis sanctis et doctoribus. Sed omnia illa signa non sunt evidenta, quia non possumus sine revelatione evidenter cognoscere, utrum in nobis sit verum lumen, laetitia et pax, an apparentia et sophistica, ut in deceptis a diabolo, nec an peccatum displiceat principaliter propter Deum. Et ideo generant in nobis coniecturam, non evidentem notitiam.

Sed diceres: Homo potest scire de seipso, quod facit id quod in se est, et per consequens ex principio fidei (quod certissimum est, scilicet quod Deus dat gratiam facienti quod in se est) certitudinaliter nosse se habere gratiam, licet non evidenter.

Item: Quis potest scire se non ponere obicem per propositum peccandi mortaliter et accipere sacramentum absolutionis, quod confert gratiam ex opere operato, etiam non concurrente alia dispositione confidentis nisi non-positione obicis, quae est cessatio ab actu et proposito peccandi, ut vult *Scotus* in IV. Potest autem quis scire se actu non peccare, etiam se non habere propositum peccandi, quia actus suos anima intuitive et evidenter cognoscit, et se suscipere sacramentum paenitentiae, et sic scire se habere gratiam.

Responsio, quod homo non potest evidenter scire se facere quod in se est, quia hoc facere includit in se proponere oboedire Deo propter Deum tanquam ultimum et

17	intellectiones] cogitationes G; cogitationes Tr	27	71] 17 BL paenultimo] ultimo G
19	potest (1) om. TBL experiri (1)] experire G; experitur TBL	35	principaliter] finaliter TBL
20	et om. G	8	id om. GTy
22	scire] noscere GTy	9/10	se] si TBL habere] habet TBL
24	4 om. TBL	12	et (2) ... gratiam om. G in textu, sed add. in marg. proponere om. TBL
22	Cf. Thom. ib.		
26/27	Ps 4, 6s, 9. cit. apud Alex. ib. n. 640 sol. (IV, 1014a).	Q 7	Glorieux VII, 204. Cf. Biel IV d. 16 q. 2 E 37-44.
27/29	Cf. Alex. ib.		Cf. Scot. IV d. 17 q. un. n. 13 (IX, 300). Cf. Biel IV d. 14 q. 2 E 45-56 et
30/31	Cf. Ioh. Gerson, Opusculum tripertitum, p. 1 cap. 16 (Du Pin I, 439s).	12/13	locos Scoti ib. citatos.
			Cf. Biel ib. H 42-56; L 11-13.

principalem finem, quod exigit dilectionem Dei super omnia, quam ex naturalibus suis homo potest elicere; haec enim est proxima dispositio ad gratiae infusionem, qua existente, certissime infunditur gratia. Difficillimum autem est scire se habere illam dilectionem, et forte naturaliter impossibile, quia etsi scire possumus nos diligere Deum, non tamen evidenter scire possumus illam circumstantiam «super omnia».

Ad secundum dicitur quod illa opinio Scoti, scilicet quod non oportet nisi non ponere obicem, IV dist. 17 art. 1, non est certa, cum plurimi sanctorum et doctorum tenent oppositum et cum *Magistro* dicunt quod ad effectum sacramenti paenitentiae requiritur contritio et non sufficit sola remotio obicis. Nec unquam sacerdos absolvit eum, qui non prius a Deo summo sacerdote absolutus est. Unde sacerdos absolvendo confidentem pronuntiat eum absolutum, non remittit peccatum. — Sed si opinio Scoti esset vera, credo aliquem certe se posse cognoscere habere gratiam, licet non evi-
denter, si posset certe cognoscere sibi ministrari sacramentum absolutionis. Sed hoc certe sciri non potest, cum ad veritatem sacramenti requiritur intentio debita mini-
stri et ordo sacerdotalis eiusdem. Neutrum potest certe cognosci ab absolvente; ideo adhuc stat veritas responsionis.

- | | | | |
|-------|-----------------------|-------|-----------------------------------|
| 16 | scire] noscere GTr | 25 | ministrari] ministrare TBL |
| 18/19 | scilicet... 1 om. GTr | 26 | scri] scire GTr |
| 21 | et om. G | 27 | eiusdem] et huiusmodi G |
| 17 | V. supra lin. 13. | 19/21 | Cf. locos citatos apud Biel lb. D |
| 18/19 | V. supra ad lin. 7. | | 5-13; E 76-87-88-126. |
| 19 | Cf. Biel lb. E 15-36. | | |

DISTINCTIO VICESIMA OCTAVA

(Summarium Textus)

Determinata veritate de gratia quoad naturam lapsam, in hac distinctione repro-
bat haeresim Pelagianam. Cuius primo errores ponit, secundo motiva eorum expri-
mit, tertio veritatem concludit.

Secundum haec sententia huius distinctionis tribus conclusionibus aperitur.
Prima conclusio: Pelagianorum haeresis asserti per liberum arbitrium sine gratia
mandata Dei impleri posse; gratiam vero, qua ab impietate liberantur et adjuvantur,
secundum nostra merita dari; orationes ecclesiae pro infidelibus, ut convertantur,
pro fidelibus, ut perseverent et fide crescant, frustrari; parvulos quoque sine omni
generali culpa nasci. — Hunc errorem vide in epistolarum beati *Augustini* Epist. 106,
item Epist. 95 et in multis aliis.

Secunda conclusio: *Pelagius* pluribus beati *Augustini* inductionibus, quas contra
suam expositionem male intelligendo depravat, errorem suum munit et confirmat.

Tertia conclusio: Ita liberum confitemur arbitrium, ut nos intelligamus divino au-
xilio indigere, quo deservente, homo potest peccare, assistente, potest peccatum vita-
re.

Horum latorem declarationem prosequitur Textus.

QUESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

*Utrum hominis liberum arbitrium possit sine gratia actum bonum morali-
ter elicere, peccata mortalia cavere et divina praecepta adimplere*

Quaestio haec moveatur ad inquirendum, quid possit liberum arbitrium sine gratia
principaliter; quia quid possit per gratiam, praecedenti distinctione dictum est.

De hoc autem fuerunt errores et diversae opiniones apud theologos.

- | | | | |
|------|--|-------|---|
| 1 | de om. L gratia om. BL | 11.13 | conclusio om. GTr |
| 2 | motiva] motivum G eorum om. BL | 14 | homo om. GTr |
| 5 | conclusio om. GTr | | |
| 6 | impleri] implere TrT | A 3 | elicere] eligere BLF |
| 8 | perseverent] praeserent G | 5 | distinctione] quaestione GTr |
| 9/10 | Hunc... aliis om. GTr | | |
| 5/9 | Cf. Lomb. II d.28 c.1 (c.1 n.253s;
MPL 192, 717). | 11/12 | Cf. Lomb. ib. c.2s (c.2-7 n.255-258;
MPL 192, 717s). |
| 9 | Cf. Aug., Epist. 186 (MPL 33,
815-839). | 13/15 | Cf. Lomb. ib. c.4 (c.8 n.258; MPL
192, 718s). |
| 10 | Cf. Aug., Epist. 177 (MPL 33,
764-772). | A 5 | Cf. Biel II d.27 concl. 1-4 E-K. |

principalem finem, quod exigit dilectionem Dei super omnia, quam ex naturalibus suis homo potest elicere; haec enim est proxima dispositio ad gratiae infusionem, qua existente, certissime infunditur gratia. Difficilimum autem est scire se habere illam dilectionem, et forte naturaliter impossibile, quia etsi scire possumus nos diligere Deum, non tamen evidenter scire possumus illam circumstantiam «super omnia».

Ad secundum dicitur quod illa opinio Scoti, scilicet quod non oportet nisi non ponere obicem, IV dist. 17 art. 1, non est certa, cum plurimi sanctorum et doctorum tenent oppositum et cum *Magistro* dicunt quod ad effectum sacramenti penitentiae requiritur contritio et non sufficit sola remotio obicis. Nec unquam sacerdos absolvit eum, qui non prius a Deo summo sacerdote absolutus est. Unde sacerdos absolvendo confidentem pronuntiat eum absolutum, non remittit peccatum. – Sed si opinio Scoti esset vera, credo aliquem certe se posse cognoscere habere gratiam, licet non evidenter, si posset certe cognoscere sibi ministrari sacramentum absolutionis. Sed hoc certe sciri non potest, cum ad veritatem sacramenti requiritur intentio debita ministri et ordo sacerdotalis eiusdem. Neutrum potest certe cognosci ab absolvente; ideo adhuc stat veritas responsionis.

16	scire] noscere GTr	25	ministrari] ministrare TBL
18/19	scilicet ... 1 om. GTr	26	sciri] scire GTr
21	et om. G	27	eiusdem] et huiusmodi G
17	V. supra hn. 13.	19/21	Cf. locos citatos apud Biel ib. D
18/19	V. supra ad hn. 7.		5-13; E 76-87, 88-126.
19	Cf. Biel ib. E 15-36.		

DISTINCTIO VICESIMA OCTAVA

(Summarium Textus)

Determinata veritate de gratia quoad naturam lapsam, in hac distinctione reprobat haeresim Pelagianam. Cuius primo errores ponit, secundo motiva eorum exprimit, tertio veritatem concludit.

Secundum haec sententia huius distinctionis tribus conclusionibus aperitur.

Prima conclusio: Pelagianorum haeresis assertit per liberum arbitrium sine gratia mandata Dei impleri posse; gratiam vero, qua ab impietate liberamur et adiuvarimur, secundum nostra merita dari; orationes ecclesiae pro infidelibus, ut convertantur, pro fidelibus, ut perseverent et fide crescant, frustrari; parvulos quoque sine omni generali culpa nasci. – Hunc errorem vide in epistolari beati *Augustini* Epist. 106, item Epist. 95 et in multis aliis.

Secunda conclusio: *Pelagius* pluribus beati *Augustini* inductionibus, quas contra suam expositionem male intelligendo depravat, errorem suum munit et confirmat.

Tertia conclusio: Ita liberum confitemur arbitrium, ut nos intelligamus divino auxilio indigere, quo deserente, homo potest peccare, assistente, potest peccatum vitare.

Horum latorem declarationem prosequitur Textus.

QUESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum hominis liberum arbitrium possit sine gratia actum bonum moraliter elicere, peccata mortalia cavere et divina praecepta adimplere

Quaestio haec movetur ad inquirendum, quid possit liberum arbitrium sine gratia principaliter; quia quid possit per gratiam, praecedenti distinctione dictum est.

De hoc autem fuerunt errores et diversae opiniones apud theologos.

1	de om. L gratia om. BL	11/13	conclusio om. GTr
2	motiva] motivum G eorum om. BL	14	homo om. GTr
5	conclusio om. GTr		
6	impleri] implere TrT	A 3	elicere] eligere BLF
8	perseverent] praeserverent G	5	distinctione] quaestione GTr
9/10	Hunc ... aliis om. GTr		
6/9	Cf. Lomb. II d. 28 c. 1 (c. 1 n. 253s; MPL 192, 717).	11/12	Cf. Lomb. ib. c. 2s (c. 2-7 n. 255-258; MPL 192, 717s).
9	Cf. Aug., Epist. 186 (MPL 33, 815-839).	13/15	Cf. Lomb. ib. c. 4 (c. 3 n. 259; MPL 192, 718s).
10	Cf. Aug., Epist. 177 (MPL 33, 764-772).	A 5	Cf. Biel II d. 27 concl. 1-4 E-K.

Fuit enim error et haeresis Pelagianorum, qui tactus est supra in concl. I textuali et habetur Epist. 106 *Augustini*, qui negavit gratiae necessitatem et libero arbitrio attribuit gratiam et vitam aeternam merendi facultatem. — Sed de necessitate gratiae visum est in I dist. 17 et partim distinctione praecedenti.

Et ideo errore illo tanquam dudum damnata haeresi repulso, apud orthodoxos invenitur diversae opinionum.

(Opiniones de potentia liberi arbitrii sine gratia: I. Opinio Gregorii de Arimino)

Nam est opinio *Gregorii de Arimino*, qui parum attribuens libero arbitrio dist. 26 et 27 in suo secundo tenet «quod nullus homo in statu praesenti, stante etiam generali influenza Dei, potest absque speciali Dei auxilio agere aliquem actum moraliter bonum», sed nec «sufficienter cognoscere» quae ad moralem vitam pertinent, «quid» scilicet «volendum sit, quid nolendum, quid agendum, quid vitandum, neque his cognitum» absque speciali auxilio his conformiter velle» aut tentationibus resistere, et nullum actum «sub divino praecepto cadentem» sine speciali Dei gratia potest agere.

Et q. 2 dictarum distinctionum tenet «quod non est possibile homini in statu praesenti» extra gratiam existentem «absque speciali adiutorio Dei vitare omne peccatum» collective nec quodlibet peccatum distributive (Non enim vitare potest peccatum omissionis dilectionis Dei super omnia sine speciali auxilio etc., quia peccatum illud omissionis non potest caveri nisi diligendo Deum super omnia; hoc autem non potest ex suis naturalibus, quia secundum praesentem statum ex se non potest aliquid diligere nisi in relatione ad seipsum), quodque «nullus iustus habens gratiam gratum facientem potest sine alio auxilio Dei speciali vitare omnia peccata» neque quodlibet peccatum, neque potest resistere tentationi. Illud autem adiutorium «ultra habitum gratiae necessarium» non est aliquod habituale donum creatum in anima, sed quaedam specialis Dei assistentia vel Deus assistens et gratis ad bene agendum et volendum iuvans et ad non peccandum, sive non permittendo ultra virtutem ab ipso

8	et (I) ... Augustini om. GTr	20	divino praecepto GTr (<i>Greg. Arim.</i>) praecepto Dei TBL Dei om. Tr
9	vitam aeternam om. G		
11	repulso] repulsa TBL		
14	attribuens] attribuit GTr	26	nisi GTr (<i>cf. Greg.</i>) sine TBL
15	tenet om. F	27/28	diligere] eligere G
18	sit] add. G: et	28	in om. Tr
7	V. supra Summ. Textus, lln. 5-9.	22/24	Cf. <i>Greg.</i> ib. q. 2 a. 1 concl. 1-2 (VI, 89.5-9).
8	V. ib. ad lln. 9.		
9/10	Cf. Biel I d. 17 q. 1-3.	24/28	Cf. <i>Greg.</i> ib. concl. 2 prob. 1 (VI, 96.8-14) et q. 1 concl. 1 prob. 1 (VI, 15/19 <i>Greg. Arim.</i> II d. 26-28 q. 1 a. 1 concl. 1-3 (VI, 24.11-19).
15/19	<i>Greg. Arim.</i> II d. 26-28 q. 1 a. 1	28/29	<i>Greg.</i> ib. q. 2 a. 2 concl. 1 (VI, 102.48).
19/20	Cf. <i>Greg.</i> ib. concl. 1 supp. 2 (VI, 25.15).	30	Cf. <i>Greg.</i> ib. concl. 2 (VI, 104.8-11).
20/21	Cf. <i>Greg.</i> ib. supp. 4 (VI, 26.8-11).	30/35	<i>Greg.</i> ib. sol. objectionum (VI, 111.20-26).

nobis praestitam tentari, sive faciendo nos fortiter et recte contra tentationes pugna-
re, sive alio modo nobis ignoto, sibi noto iuvando».

Tenet etiam quod, licet sine gratia gratum faciente et «sine speciali Dei auxilio possit homo honorare parentes, subvenire indigenti», pugnare pro re publica «et alia multa agere de genere bonorum, nullum tamen horum potest agere propter quod oportet et quemadmodum oportet secundum omnes circumstantias requisitas ad moralem bonitatem actus; saltem ei deficiet circumstantia ultimati debiti finis, qui est Deus». «Et ideo, licet» philosophi et veteres Romani ac «gentiles infideles egerunt actus, qui erant boni ex genere», «non tamen illa egerunt ultimate propter Deum ac per hoc nec propter id finaliter, propter quod debuerunt, et ideo» non solum «non virtuose, sed» etiam «male atque vitiose». Haec sententialiter *Gregorius*.

Concordat *Gerson* lect. 1 De vita spirituali animae iuxta finem, ut *quibusdam* placet eum sic interpretantibus.

Hanc suam positionem quantum ad singula puncta probare nititur per auctoritates Scripturae ac sanctorum doctorum atque rationes in eis fundatas, rationes etiam et auctoritates ad oppositum per alios inductas solvere, quae latius ibi videri possunt.

(2. Opinio Thomae ab Aquino)

Beatus *Thomas* prima secundae q. 109 fere per omnes articulos eiusdem quaestio-
nis videtur temperatus loqui. Unde tenet: Quia «omnes motus corporales et spiri-
tuales reducuntur in primum movens simpliciter, quod est Deus, ideo natura, sive corporalis sive spiritualis, quantumcumque perfecta, non potest in suum actum pro-
cedere, nisi moveatur a Deo». Ac per hoc omnis actio intellectus et voluntatis «et
cuiuscumque entis creati dependet a Deo», inquantum ab ipso habet perfectionem,
per quam agit, et «inquantum ab ipso moveatur ad agendum». Sicut ergo «ad cogni-
tionem cuiuscumque veri intellectus indiget auxilio divino, ut ab eo moveatur ad su-
um actum» (licet non indigeat ad cognitionem cuiuslibet veritatis «nova illustratione
superaddita» naturae suae, «sed in quibusdam, quae excedunt naturalem cogniti-
onem; quamvis Deus »per suam gratiam aliquos instruit de his, quae per naturalem
rationem cognosci possunt, sicut quandoque miraculose facit quaedam, quae natura
facere potest»), sic se habet et voluntas. Nam ad bonum opus, velle scilicet et opera-

34	tentari] tentare Tr sive] add. BL: non	48	etiam om. GTr fere ... quaestio] om. GTr
35	sibi] sive Tr	B 1/2	temperatus] temperantius TB
37	possit GTr (<i>Greg.</i>) posset TBL in- digen] GTr (<i>Greg.</i>) indigentibus TBL	2	ipso TBL (<i>cf. Thom.</i>) eo GTr
40	ultimati] ultimata G	7/8	cognitionem GTr (<i>Thom.</i>) intel- lectionem TBL
41	ideo om. Tr	12	facti] agit Tr
45/46	Concordat... interpretantibus om. GTr		
36/44	<i>Greg.</i> ib. q. 1 a. 3 ad 7 (VI, 73.21-26.28-32).	51, 16/6	q. 2 concl. 1 (VI, 95.20-96.5); concl. 2 (VI, 96.19-98.30).
45	Cf. <i>Gerson</i> , De vita spirituali ani- mae, lect. 1 cor. 12 (Du Pin III, 145); Glorieux III, 126).	49	Cf. <i>Greg.</i> ib. ad rat. 1-12 et aut. (VI, 70.18-83.25).
47/48	Cf. <i>Greg.</i> ib. q. 1 a. 1 concl. 1 (VI, 28.28-31.38; 37.6-14; 40.17-18.20)	27	Cf. <i>Thom.</i> , S. Th. I/II q. 109 a. 1 resp.
		7/13	Cf. <i>Thom.</i> ib.
		13/20	Cf. <i>Thom.</i> ib. a. 2 resp.

ri »proportionatum, quale est bonum virtutis acquisitae», concurrit Deus ut primum
 15 movens, sive in statu naturae integrae sive corruptae. Quantum vero ad »bonum su-
 perexcedens, quale est bonum virtutis infusae», bonum scilicet meritorium, etiam
 natura integra indiget virtute gratuita. Natura vero corrupta indiget ea gratia »ad
 20 duo, scilicet ut sanetur et ut bonum» meritorium »operetur». Sine autem illa gratia
 natura corrupta multa bona operari potest cum illa generali motione divina, sed non
 omnia, quae possunt agere natura integra. — Nam natura integra potuit homo sine do-
 25 no gratiae diligere Deum super omnia ex suis naturalibus, stante semper auxilio Dei
 ut primi moventis. Sed in statu naturae lapsae, in quo »propter corruptionem na-
 turae» voluntas »sequitur bonum privatum, nisi sanetur per gratiam», indiget ad di-
 ligendum Deum super omnia gratia sanante. — Sic »in statu naturae integrae potuit
 30 homo implere omnia praecepta legis» quantum ad substantiam actus, non autem
 quantum ad modum, qui est diligere ex caritate meritorie. In natura autem corrupta
 non potuit implere omnia quantum ad substantiam actus, quia non illud praeceptum
 primum et maximum diligendi Deum super omnia sine gratia sanante. In utroque
 tamen statu ad quodcumque agendum requiritur auxilium primi moventis Dei. — Sic
 35 ad praeparandum se ad donum gratiae suscipiendum non indiget alio dono gratiae,
 sed Deo ipsum movente. Non tamen potest homo resurgere a peccato sine gratia,
 quia resurgere non est tantum »cessare ab actu peccati», sed est reparari ad id,
 quod per peccatum amissum est, scilicet gratiam. Potest tamen (art. 8) cavere omnia
 40 peccata mortalia sine gratia (sed non per longum tempus), »quia non est necesse
 quod homo continue peccet in actu», et ita cavere singula mortalia (non autem per
 longum tempus), quia obligatur ratio subdi Deo et in ipso constituere ultimum finem,
 quod est diligere Deum super omnia. Hoc autem cum sit praeceptum affirmativum,
 obligat pro aliquando. Et tunc non potest cavere peccatum mortale sine gratia, quia
 non potest implere hoc praeceptum sine gratia. Venialia tamen etsi singula cavere
 potest, non tamen omnia.

Sic ergo videtur beatus *Thomas* sentire, quod ad actum meritorium indiget homo
 dono gratiae habitualis infusae; et hoc in utroque statu naturae, integrae et lapsae. —
 Sed ad actus bonos non-meritorios sufficit liberum arbitrium ex suis naturalibus cum
 generali motione divina sine gratia infusa, sine qua etiam potest ab omni actu pecca-

16	infusae] superinfusae G	habitualis donum] bonum Dei TB;
18	ut (2) om. G meritorium] meritorie	donum Dei L
21	Dei GTr (cf. Thom. I) om. TBLF	ad] et G
26	meritorie GT] meritorium BL, om. Tr (cf. Thom.)	art. 8 om. GTr
27	praeceptum om. GTr	ratio GTr (cf. Thom. I) add. TBL;
29	quodcumque om. GTr	quodcumque
30	donum gratiae GTr (Thom.: gratiae	et (2) add. GTr: naturae
		general] naturali Tr sine (1) sive
		TB

20/24 Cf. Thom. ib. a. 3 resp.
 24/29 Cf. Thom. ib. a. 4 resp.
 30/31 Cf. Thom. ib. a. 6 resp.

31/33 Cf. Thom. ib. a. 7 resp.
 33/40 Cf. Thom. ib. a. 8 resp.

ti ad tempus cessare, se etiam ad gratiam recipiendum praeparare, non autem resur-
 45 gere, praecepta etiam divina (licet non omnia) quantum ad substantiam actus (non
 quantum ad intentionem praecipientis) adimplere, concurrente tamen semper auxilio
 Dei ut primi moventis, sicut hoc requirit omnis creatura in omni suo actu esse et
 conservari. Specialiter tamen hoc auxilio indiget homo lapsus propter naturalium
 50 vulnerationem in carnis infectione, mentis obscuracione et voluntatis ad seipsam re-
 curvatione.

Sed an illud auxilium (art. 9) speciei ratione homini impensum sit aliud ab influ-
 entia et cooperatione Dei generali, qua assistit omni agenti ipsum movendo, an sit
 idem, non determinat. Non enim dicit quod homo indiget speciali auxilio Dei. Sed
 55 dicit: Indiget tali auxilio gratiae sub duplici ratione, scilicet generali et speciali etc.,
 art. 9 in corpore quaestionis. Dicit etiam, art. 3 in fine in corpore quaestionis, quod
 »in statu naturae corruptae», licet non in statu naturae integrae, »indiget homo» au-
 xilio Dei sive »auxilio gratiae naturam sanantis», ut Deum super omnia diligat. Tali
 vero dono non indigebat in statu naturae integrae ad diligendum Deum super omnia.
 Nunc vero indiget et sine eo super omnia diligere Deum non potest.

(3. Opinio Bonaventurae)

Satis concordat sanctus *Bonaventura* distinctione praesenti libri secundi, addens C
 quod liberum arbitrium, licet possit resistere tentationi diaboli non consentiendo,
 non tamen sine gratia gratum faciente potest eum vincere et delicere. Vincitur enim,
 quando homo assequitur oppositum eius quod diaboli intendit. Intendit autem ho-
 5 minem reddere Deo inimicum et aeterno supplicio dignum. Vincitur ergo, quando
 tentatus resistendo fit amicus Deo et praemio aeterno dignus, quod fieri non potest
 sine gratia. Resistit autem, dum tentationi non consentit. Et hoc quidem potest sine
 gratia gratum faciente, sed non sine gratia gratis data. »Vix enim aut nunquam li-
 10 berum arbitrium destituitur omni gratia gratis data», intelligendo per gratiam gratis
 datam non solum ea »quae annumerat *Apostolus* 1 Cor. 13. »Alii per Spiritum datur
 sermo scientiae» etc., sed »quidquid illud sit, quod superadditum est naturalibus,
 adiuvans aliquo modo et praeparans voluntatem ad habitum vel usum gratiae, sive
 sit habitus, ut timor servilis vel pietas aliquorum visceribus inserta ab infantia, sive
 aliquis actus, sicut vocatio vel locutio, qua Deus excitat animam hominis, ut se prae-
 15 pareat. Sine hac gratia» »nec se disponere potest homo ad gratiam gratum facientem»
 nec tentationi culibet resistere nec mandata Dei quoad genus operis adimplere. Un-
 de semper praecedit divina tractio, monitio aut motio. — Ad hoc allegat illud *Augu-*

45	recipiendum] recipiendi G; recipien-	C 1	libri] sui GTr
47	dam BL	11	scientiae] sapientiae G; scientiae,
52	semper om. Tr	15	sapientiae Tr
55	art. 9 om. GTr		gratum] gratis datam (datam dele-
	dict] add. GTr: quod gratiae (cf. Thom. I) speciali GTr	16	tum est) Tr
55/60	scilicet ... potest om. GTr	17	adimplere] implere GTr
			semper om. GTr praecedit] prae-
			cepit T (erratum typothetae)

55 Cf. Thom. ib. a. 9 resp.
 56/60 Cf. Thom. ib. a. 3 resp.
 C 13 Cf. Bonav. II d. 28 a. 2 q. 2 resp.

8/15 Bonav. ib. q. 1 resp.
 10/11 1 Cor. 12, 8; cit. apud Bonav. ib.
 16 Cf. Bonav. ib. q. 2 resp.

stini De ecclesiasticis dogmatibus cap. 2 sive De divisionibus orthodoxae fidei: «Initium salutis nostrae Deo miserante habemus; ut acquiescamus salutari inspirationi, nostrae potestatis est; ut adipiscamur quod acquirendum monitione cognovimus, divini est muneri: ut non labamur iam adepto salutis munere, sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii, ut labamur, potestatis nostrae est et ignaviae. In his verbis quattuor insinuantur, scilicet invitare, acquiescere, adjuvare, permanere. Primum est inspirationis Dei, secundum libertatis arbitrii, tertium muneris divini, quartum sollicitudinis nostrae pariter et divini adiutorii.»

Et ad clariorem declarationem, quid boni possit liberum arbitrium sine gratia, notat quaestione ultima huius distinctionis, «quod aliquod opus tripliciter potest dici bonum:

Uno modo dicitur aliquod bonum simpliciter, quod est bonum ordinatum ad finem; et tale est bonum meritorium. Et in huiusmodi bonum non potest liberum arbitrium lapsum absque auxilio gratiae gratum facientis.»

Secundo modo aliquod dicitur bonum ex hoc, quod aliquo modo de congruo disponit ad bonum simpliciter, et tale est bonum, quod fit extra caritatem, nihilominus tamen cum recta intentione. Et in tale non potest liberum arbitrium absque munere gratiae gratis datae, per quod illuminetur, dirigatur et excitetur, ut velit facere aliquid, quod sit Deo placitum. Illud bonum secundo modo ut videtur est bonum extracartatem factum, tamen in finem ordinatum, quia recta intentio factum.

Tertio modo dicitur aliquod bonum, quod est ad finem ordinabile ex se, quia transit super materiam debitam, sicut pascere esurentem, seu ex debita circumstantia superaddita, scilicet temporis et loci et opportunitatis. Ad illud genus boni complendum etsi gratia gratis data sit necessaria ad hoc, quod fiat genus boni scripto tamen omni munere gratiae et libero arbitrio relicto in puris naturalibus, per naturale iudicatum, id est rationem discernentem, et instinctum posset in tale bonum, Deo cooperante sicut cooperatur in aliis creaturis. Nam sine primo agente nullo agens potest agere. Et sic liberum arbitrium sola Dei cooperatione, absque aliquo munere gratiae, licet difficulter, potest extrinsecus in aliquod bonum morale. Per illud tamen nec disponitur ad gratiam nec ad gloriam, quia non est in finem ultimum ordinatum, sed ordinabile.

In bonum autem, quod ducit ad bonum perfectum, sive merito congrui sive meriti condigni, non potest absque Dei auxilio.

18	cap. 2... fidei om. GTr	38	aliquid] aliquod GTr quod est om. GTr
19	acquiescamus] quiescamus Tr		
22	est (1) om. G ut... ignaviae TBL (Ps.-Aug.) om. GTr (Bonav.)	42	libero arbitrio GTr (Bonav.) liber. arbit. Tr, libertatis arbitrii BL
29	aliquid] aliquod Tr	43	id... discernentem om. Tr (Bonav.)
33	fit om. G		
34	Et om. L	49	ad GTr (Bonav.) in TBL
35	ut] add. Tr: nolit et		

18/22 Ps.-Aug., De eccl. dogm. c. 21 (MPL 42, 1217); cf. usque ad verbum «adiutorii» (In. 22) apud Bonav. ib. ad obi. 1.

23/25 Bonav. ib.
27/36 Bonav. ib. q. 3 resp.
38/50 Bonav. ib.

«Si vero liberum arbitrium in solis naturalibus suis relinquatur, adhuc remanebit ei rationis iudicium, per quod cognoscat parentis esse honorandos.» Et «per hoc potest cogitare» sic cognitum. «Et cum habeat naturalem instinctum, id est voluntatem, potest etiam velle; et cum habeat exteriora organa sibi ad hoc servientia, potest opere implere. Sed prout illud facit iudicium rationis rectae absque munere gratiae, non dirigit ad obtinendum finem, qui est Deus, et mercedem aeternae beatitudinis, quam nosse non potest, nisi Deus revelet. Et propterea dicunt sancti quod nec cogitare nec velle nec facere potest bonum absque iuvamine divinae gratiae, quia loquantur de bono secundum quod est ordinatum ad assequendam beatitudinem.» Si autem intelliguntur auctoritates de alio bono, tunc nomine gratiae non est intelligendus aliquis habitus superadditus naturalibus, sed gratuita Dei influentia, per quam cetera conservat et adjuvat, ut compleant operationes suas. Sic intelligitur illud Ioh. 14: «Sine me nihil potestis facere.» Et illud Is. 26: «Omnia opera nostra in nobis operatus es, Domine, et similia.»

Patet ergo ex praedictis, quantum sit necessaria libero arbitrio gratia gratum faciens, quia sine ea nec potest a peccato resurgere nec adversarium vincere nec mandata Dei adimplere quantum ad intentionem mandantis. Patet nihilominus, quantum sit necessaria gratia gratis data, quia sine ea non potest liberum arbitrium ad gratiam gratum facientem se disponere. Non potest etiam omni tentationi resistere, nec potest in aliquod bonum quantumcumque modicum ordinatum ad salutem. Et licet possit in aliquod bonum morale, vix aut nunquam faceret nisi malum propter peccati originalis corruptionem. Haec sanctus Bonaventura.

Ex quibus hoc breviter colligitur secundum hunc doctorem, quod liberum arbitrium non potest facere actum meritorium sine gratia gratum faciente neque actum non-meritorium, ordinatum tamen in finem ultimum, qui est Deus, sine gratia gratis data, quae est habitus vel donum creatum. Actum vero moraliter bonum (non tamen in finem, qui dictus est, ordinatum, sed ordinabilem) potest agere ex suis naturalibus sine gratia, quae est donum creatum naturalibus superadditum, non tamen sine cooperatione divina eiusque generali influentia, qua tamquam causa prima cum quocumque agente secundo concurrat ad omnem effectum positivum. Et ex hoc patet, quantum et in quibus concordat cum opinionibus supradictis.

Quas pro tanto recitare volui sub compendio, ut de materia tam necessaria aliorum sententiae non laterent.

Quibus praemisissis, pro quaestionis absolute primo praemittentur aliqua notabilia, deinde conclusiones secundum opiniones Scoti et Occam, tertio movenda solvantur dubia.

53	cogitare GTr (Bonav.) cognoscere TBL	62	compleant GTr (Bonav.) complevit T, compleat BL
53/54	id est voluntatem om. GTr (Bonav.)	85	Occam] add. G (cf. supra A 455);
54	servientia] deservientia GTr		quos imitatur Gerson Cancellarius
58	bonum (Bonav.) om. GTr TBL		in tractatu De vita animae lectione prima
59	assequendam] assequendum T		
51/64	Bonav. ib.	65/72	Bonav. ib.
63	Ioh. 15, 5; cit. apud Bonav. ib.	81	V. supra A 16-44; B 1-60.
63/64	Is. 26, 12; cit. apud Bonav. ib.	85	Cf. locos infra E et G citatos.

[Notabile 1]

Quantum ad primum notandum quod differentia est inter actum bonum meritorie et actum bonum moraliter.

Actus meritorius (loquendo de merito vitae aeternae) est actus a voluntate elicitus libere, a Deo ad praemium beatificum acceptatus. Et hic secundum legem Dei statutam requirit gratiam gratam facientem tanquam sui patrale principium. De quo dictum est dist. 27 et in praecedentibus.

Actus moraliter bonus (quantum hic sufficit) est actus a voluntate libere elicitus secundum dictamen rectae rationis, conformiter ad definitionem virtutis *Philosophia* II Ethicorum. Nam et actus moraliter bonus est actus moraliter virtuosus. Elicitur autem actus secundum dictamen rectae rationis, qui elicitur propter hoc, quod ratio sic dictavit, ut infra III dist. 23 q. 1 amplius patebit.

Unde, si actus aliquis eliceretur conformiter dictamini rationis quantum ad omnes circumstantias, quas ratio dictasset, non tamen quia ratio sic dictasset, sed casu vel propter delectionem vel quia eliciisset, etiam si ratio non dictasset aut si aliter dictasset, non esset actus ille bonus moraliter, sed bonus tantum ex genere.

Unde, ut recitat Occam in prima parte Dialogi libro VI cap. 79, actum aliquem contingit tripliciter exerceri, sicut «pascere pauperem», «dicere veritatem». Vel propter Deum, vel quia dictatur a ratione recta, vel «propter aliquod bonum utile vel delectabile consequendum» aut incommodum vel «periculum vitandum».

Actus tertio modo elicitur seu producti dicuntur boni secundum genus vel ex genere, pro quanto cadunt super debitam materiam aut servantur aliqua circumstantiae loci vel temporis aut forte eliciuntur absolute sine omni circumstantia. Hi tamen actus non sunt virtuosus, neque perfecti neque imperfecti, neque ex eis «generantur virtutes nec ipsi generantur ex virtutibus»; immo quandoque sunt virtuosus, ut quando ambitosus dat elemosinam in quaestum, sicut de hypocritis Dominus loquitur, qui avarus ponens evangelium in quaestum, sicut de hominibus vel pecuniis acquirant «aut infamiam omnia sua faciunt, ut honorentur ab hominibus vel pecuniis acquirant» vel confusionem temporalem evadant.

[Articulus 1]

D 1	actum om. Tr	23	perfecti GTr (cf. <i>infra</i> lin. 30) perfecte TBL imperfecti GTr (cf. <i>infra</i> lin. 30) imperfecte TBL
3	merito] actu meritorio Tr		
6	dist. 27 et om. GTr	27	acquirant] acquirunt G
7	libere] libera Tr	28	vel] aut G; Occ. et temporalem om. G
11	ut ... patebit om. GTr		
19	vel (1) ... consequendum om. G		
22	eliciuntur F] elicitur GTrTBL		

D 5/6	Cf. Biel II d. 27 B-D (imprimis B 12s; C 3s. 26-47; d. 26 A 54-56; B 3-6, C 16-19; D 1-3.	10/11	Cf. Biel III d. 23 q. 1 H/L.
8	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 2 (1103b 31-34); c. 6 (1106b 36 - 1107a 2).	16/19	Occ., Dialog. p. 1 lib. VI c. 77
		22/25. 27/28	Cf. Occ. ib. (tertio modo).
		26	Cf. Mt. 6. 2.

Actus vero primis duobus modis elicitur sunt vere virtuosus, et habitus eis correspondentes sunt vere virtutes, sed primi perfecti, secundi imperfecti. – Primum patet, quia uterque elicitur secundum dictamen rectae rationis quantum ad finem et omnes circumstantias et propter hoc, quia dictatum est sic a ratione, et quia habens eum non compellitur secum aliquem actum virtuosum et culpabilem, habet etiam secundum cordis praeparationem omnem actum virtuosum et virtutem. – Secundum patet, quia actus primi ordinantur in finem perfectionem, propter quem eliciuntur, quam secundi. Multo enim perfectius est agere propter Deum, qui est summum bonum, et aeternam felicitatem quam propter amorem virtutis, honestatis aut propter communem pacem naturae vel rei publicae conservationem temporalem. Et perfectius est agere propter Deum quam propter hoc, quod recta ratio sic dictat, pro quanto Deus perfectior est recta ratione, uterque tamen finis honestus est et bonus.

Et secundum hoc distinguitur triplex bonum, scilicet bonum meritorium, bonum morale et bonum ex genere. Primum nunquam est sine gratia et caritate, secundum non sine virtute, a qua procedit vel quam generat, tertium invenitur sine utroque.

Sed diceres: Actus secundus non est virtuosus, immo virtuosus, igitur. Assumptum probatur: Quia deficit ibi circumstantia debiti finis ultimi, quae est principalissima, igitur non est bonus virtuose. – Tenet consequentia: Quia bonum est ex causa integra et defectus cuiuscunque circumstantiae reddit actum non bonum, ut vult *Philosophus* II Ethicorum.

Item quod sit virtuosus probatur: Quia ille actus elicitur propter aliquod circa Deum amatum propter se praecise, et omne tale amatur tanquam ultimus finis, et per consequens sic eliciendo voluntas fruatur creatura, quod est tota perversitas secundum beatum *Augustinum* libro 83 Quaestionum.

Respondetur ad primum, quod non omnis defectus circumstantiae facit actum non bonum moraliter, sed defectus circumstantiae necessario requisitae ad bonitatem moralem. Nunc autem circumstantia ultimi finis in actu non requiritur ad bonitatem moralem. Hoc est: Non requiritur quod actus bonus moraliter semper referatur actualiter in Deum, qui est finis ultimus, quia aliquid circa Deum est eligibile propter se, et illud potest bene et moraliter diligere et propter ipsum aliquis actus elici et non actualiter propter alium finem. Defectus ergo circumstantiae requisitae ad bonitatem

30	verae] varia lectio vere aequae probabilis est	11/12	bonitatem moralem] actum moraliter bonum Tr
39	sic om. GTr (cf. Occ.)	12	circumstantiali circumstantiae T
49	a... generat om. GTr	14	eligibile] diligibile Tr
E 4	ex om. G	15	bene om. G
9	beatum om. G libro om. GTr		

29/34	Cf. Occ. ib. (primo et secundo modo).	6	V. supra lin. 1.
34/35	V. supra lin. 30.	6/7	Cf. Occ. ib. (1, 377, 18).
38/40	Cf. Occ. ib. (secundo modo).	8/9	Cf. Aug., De div. quaest., q. 30 (CChr 44 A, 38, 12-15; MPL 40, 19).
E 4	Cf. Occ., Sent. I d. 1 q. 1 H (1, 378, 16s).	10	V. supra lin. 2-5.
5	Cf. Arist., Eth. Nicom. II c. 5 (1106b 16-28).	10/12	Cf. Occ. ib. (1, 378, 20-22. 24-26).

mortalitatem facit actum elicitum non-bonum, non tamen necessario malum. Sed si eliciens actum tenetur pro tunc ad aliquam circumstantiam, tunc omisso eius reddit actum non solum non-bonum, sed etiam malum et vitiosum. Sicut cum tenetur mereri vel se ad gratiam disponere, tunc tenetur actum illum, quo mereri tenetur vel se disponere, elicere propter Deum tanquam finem ultimum super omnia amatum. Non autem tenetur ad hoc in omni suo actu; alioquin nullus esset actus indifferens, et existens in caritate si proximum salutaret ex civili amicitia, si patrem honoraret ex naturali pietate, si pauperi bene faceret ex humana compassione, non actualiter cogitans de fine ultimo, vitiose ageret et mortaliter peccaret. Semper enim deficeret circumstantia finis ultimi.

Ad secundum dicitur negando quod omne, quod amatur propter se, amatur tanquam ultimus finis. Nam illud amatur propter se, quod amaretur, »si nihil aliud ostenderetur voluntati.« Tunc autem amatur aliquid tanquam ultimus finis, quando acceptatur tanquam omni alio magis amandum. »Potest ergo bonum honestum (puta virtus) amari, non cogitato ultimo fine, et ita amari et appeti propter se, et tamen non appeti tanquam aliquid summum et quocumque alio magis appetendum. Et talis actus est medius inter usum et fructum, ut declarat *Occam* I q.1 dist.1. Hoc etiam ostendit *Philosophus* I Ethicorum cap.7, ubi declarat aliquid esse eligibile (haud dubium quin secundum rectam rationem) propter alia tantum, alia »propter se« tantum »et nullo modo propter aliud«, alia »propter se et etiam propter alia«. Unde exemplificans dicit: »Honorem vero et voluptatem et intellectum et omnem virtutem eligimus quidem propter seipsa (nullo enim adveniente, eligemus utique unumquodque ipsorum), eligimus autem et felicitatis gratia, per hoc suspicantes felices fore. Felicitatem nullus eligit horum gratia neque omnino propter aliud.« De hoc in I dist.1.

Ex quo patet quod aliud, quod non est finis ultimus, est eligibile propter se, et hoc secundum rectam rationem; alioquin et felicitas ipsa, quae Deus est, eligi potest propter aliud secundum rationem perversam, sicut de peccatoribus dicit *Propheta*: »Confitebitur tibi, cum benefeceris ei«, Ps.48. Diligens ergo virtutem propter se eligit conformiter rationi rectae, et propter hoc virtuose agit.

[Notabile 2]

F Secundo notandum quod, cum loquimur de puris naturalibus, non excluditur generalis Dei influentia, quae ut causa prima concurrat cum agente secundo, id est agente

21	super omnia] supra omne TBL amatum] animatum Tr	37/38	eligimus] diligimus Tr
34	declarat GTr (cf. Occ.) ostendit TBL (<i>ditto</i>) aliquid esse] ali- quod TBL; Occ.: aliqua sunt	40	De... 1 om. GTr
		41	eligibile GTr (cf. supra lin.3, s.7s, infra lin.42-44s) diligibile TBL
		44	Diligens] Eligens G
17/19	Cf. Occ. ib. (I, 378,24-26). V. supra lin.6-9.	25-34	alleg. apud Occ. ib. (I, 377,18 - 378,3).
27	Occ. ib. (I, 377,3-7).	37/40	Cf. Arist. ib. (1097b 2-6); cit. apud
30/33	Cf. Occ. ib. (I, 377,8-14).		Occ. ib. (I, 378,3-7).
33/36	Cf. Occ. ib. (I, 377,15-18).	40	Cf. Biel I a.1 q.1 D/E 1-34; G/H.
34/36	Cf. Arist., Eth. Nicom. I c.5 (1097a	44	Ps 48,19.
		F 1	V. infra I Is, K ls.16-18.

creato, ad omnem actum positivum. Si quidem nullus effectus positivus (immo nec peccatum quantum ad id quod in eo positivum est, puta actum licet deformem) perfici potest, Deo tanquam causa prima non coagente; plus enim influit causa prima in effectum quam quaecumque causa secunda, ut vult *Proclus* libro De causis. Sed per »pura naturalia« intelligitur animae natura seu substantia cum qualitatibus et actibus consequentibus naturam, exclusis habitibus ac donis supernaturaliter a solo Deo infusis. Unde, si Deus infunderet donum aliquid naturaliter acquiribile, ut puta scientiam alicuius propositionis naturaliter demonstrabilis, iam anima ipsa sic dotata non esset in puris naturalibus; haberet enim scientiam supernaturaliter infusam, licet eadem potuisset naturaliter fuisse acquisita.

[Notabile 3]

Tertio notandum quod, cum quaeritur, utrum liberum arbitrium possit sine gratia peccata mortalia cavere, non est intelligendum de peccatis commissis, sed tantum de committendis. Nam peccatum commissum quantum ad maculam et reatum permanet, transeunte actu peccati, »quousque fuerit deletum per poenitentiam«. Non autem potest deleri per poenitentiam sine infusione gratiae. Sic ergo reatus ille, qui deleri non potest post peccatum commissum nisi per gratiam, cavere non potest sine gratia. Hoc tamen non est propter naturalem »oppositionem gratiae et culpae«, quia non erant »immediate opposita in statu innocentiae – tunc enim potuit homo esse in puris naturalibus sine gratia et sine culpa« – »nec etiam per comparisonem ad poenitentiam facientis, quia qualem potuit Deus facere voluntatem, talem potest eam re- parare postquam peccavit«, et voluntas de se posset esse sine peccato et gratia. Sed illa oppositio immediata »tantum est ex lege universalis« divina, »qua nullo modo remittitur inimicitia, nisi fiat non tantum non-inimicus, sed amicus per gratiam gratum facientem acceptus«. Hoc est dictum quod Deus statuit nulli ignorare culpam, quin infundat sibi gratiam, per quam reddatur amicus Dei.

Sed est sensus questionis: Utrum peccator carens gratia possit sine gratia cavere omnia et singula mortalia ex suis naturalibus nova, ita quod non incidat in nova mortalia, nisi gratia adiuvetur.

F 3	effectus GTr (cf. infra lin.6) actus	7	naturalem] add. G in marg.: et im- mediatam
4	TBL	10	potuit GTr (Scot.) potest TBL
6	licet om. GTr		eam TBL (Scot.) eum GTr
8	effectum] effectum Tr	11	se om. G
10	naturam] add. G: ac	12	immediata] immediate TBL qua
12	demonstrabilis] demonstrans TBL		GTr (Scot.) quia TBL
	potuisset] potuit TBL	17	singula] add. GTr: peccata in om. GTr/TBL
G 2	peccata om. G: peccatum Tr mor- talia om. Tr		
5/6	Cf. Liber de causis, §1 (ed. Barden- hever 163,3s).	G 1/2	V. supra A 2s.
7	V. supra lin.1.	3/5	Cf. Scot. II d.28 n.7 (VI/2, 915).
		7/14	Scot. ib.

[Notabile 4.]

H Quarto notandum quod impletio praeceptorum Dei dupliciter accipi potest.

Uno modo quantum ad substantiam actus praecepti. Sic audiens missam in die dominica, subvensiens parentibus, dans elemosynam in extrema necessitate constituendo, etiam quacunque intentione hoc faciat, implet praeceptum faciendi actum praecepti.

5 Alio modo fit impletio praecepti quantum ad intentionem praeipientis. Intendit autem Deus praeicipiens in omni praecepto, ut illud observando mereamur ad vitam aeternam ingredi, secundum illud Mt. 19: «Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.»

[Articulus 2.]

[Conclusio 1.]

1 Quantum ad secundum articulum est haec prima conclusio: Liberum hominis arbitrium ex suis naturalibus, sine gratia, elicere potest actum moraliter bonum.

Probat: Quia intellectus ex suis naturalibus potest cognoscere et iudicare bonum, iustum et honestum esse faciendum ac malum fugiendum propter finem naturalem, scilicet virtutis amorem et honestatis; et huic iudicio potest se voluntas conformare, eliciendo actum bonum propter naturalem honestatem aut iustitiam, et actus sic elicitus est bonus moraliter; ergo conclusio vera. — Consequentia nota.

Maiores patet, quia principia practica ita inserta sunt naturaliter intellectui sicut speculativa, ergo utrisque intellectus naturaliter assentit tanquam per se notis et evidentiis; sed iustum et honestum esse faciendum et oppositum fugiendum propter finem naturalem sunt principia practica; igitur eis intellectus ex suis naturalibus potest assentire.

Minor probatur: Quia voluntas ex sua libertate potest se conformare dictamini rectae rationis et elicere actum conformiter illi. Quod autem actus sic elicitus sit moraliter bonus, patet ex notabili praemisso. — Item: Voluntas ex suis naturalibus potest se disponere (faciendo quod in se est) ad gratiae susceptionem; non autem sic disponit se per actum deformem rationis dictamini; ergo per actum conformem. Ille autem erit moraliter bonus.

[Conclusio 2.]

K Secunda conclusio: Liberum arbitrium ex suis naturalibus, sine dono gratiae, potest quodlibet peccatum mortale novum cavere.

Probat: Illa conclusio et dependet ex priori. Nam intellectus ex suis naturalibus potest recte circa agenda deliberare rectitudine morali; et voluntas sua libertate potest se illi conformare; conformando autem se dictamini rectae rationis non peccat de novo.

H 1	Dei om. GTy	I 11	ex om. L
4	faciendi faciendo Tr	16	est om. G

H 17	Cf. Bonav. II d.28 q.3 resp. Cf. etiam Scot. ib. n.3 (VI/2, 912).	13	V. supra lin.5-7.
7	Mt 19.17. cit. apud Bonav. ib. ad opp.d.	14/15	V. supra lin.6s.
I 8	V. supra lin.3-5.	15	V. supra D 7-11.
		15/16	Cf. Biel II d.27 K.
		K 1/2	Cf. Scot. ib. n.2 (VI/2, 911).

Item: Circa quodlibet agibile voluntas aut est libera aut non. Si primum, potest in utrumque oppositorum et ita agere vel non agere et per consequens illud oppositorum, quod peccatum est, cavere. — Si non est libera, iam peccare non potest in eo, quod non est in sua potestate, secundum beatum Augustinum III De libero arbitrio dicentem quod peccatum est ita voluntarium, quod, si non esset voluntarium, non esset peccatum. Et beatus Hieronymus in expositione fidei: «Qui dicit Deum praecepisse impossibilia, anathema sit.»

Suo modo probatur de peccato omissionis.

[Conclusio 3.]

Tertia conclusio: Homo per liberum arbitrium ex suis naturalibus potest divina praecepta quoad actus substantiam implere, sed non ad intentionem praeipientis, quae est consecutio salutis nostrae.

Prima pars patet, quia potest honorare parentes, audire missam, dare elemosynam in articulo necessitatis ex naturali honestate aut pietate, non ordinando in Deum tanquam finem, et ita non ex gratia.

Secunda pars patet, quia ad finem seu intentionem praeipientis nullus agere potest sine gratia. Ad hunc enim finem non agitur nisi per opera meritoria, quae praesupponunt gratiam.

[Articulus 3.]

[Dubium 1.]

Quantum ad tertium articulum est primum dubium contra concl.2. Nam videtur L quod voluntas non potest cavere quodlibet mortale sine gratia.

Quod probatur: Quia tenetur aliquando diligere Deum super omnia iuxta praeceptum primum et maximum, a quo «pendet tota lex et prophetiae» Mt.22. Et ideo omisio huius actus non potest semper esse sine mortali. Quandocumque autem voluntas huius praecepti actum exsequitur, licet informiter, disponit se ad gratiam gratum facientem de congruo, quae statim et simul tempore infunditur. Et ita non potest sine gratia actum huius praecepti elicere, quo cavere peccatum omissionis.

Respondetur ad hoc dubium post Scotum distinctione praesenti, quod, licet in casu dubio non cavetur peccatum sine gratia, quia actus dilectionis Dei super omnia est dispositio ultimata et sufficiens de congruo ad gratiae infusionem, qua existente si-

K 9	libera add. BL. et	22	seu intentionem om. GTy
11	dicentem om. GTy	L 2	quodlibet add. F: peccatum
21	tanquam add. BL.F: in	9/10	casu] causa TBL

11/12	Cf. Aug. De lib. arb. III c.17s n.49s (CChr 29, 304, 42-48, 9-11; MPL 32, 1236) et Retract. I c.9 n.3 (MPL 32, 566); alleg. apud Scot. ib. arg 2 (VI/2, 911).	16/18	Eadem sententia aliis verbis apud Bonav. ib. resp. et Scot. ib. V. supra K 1s.
12/13	Cf. Pelagius (=Ps. Hier.), Libellus fidei ad Innocentium n.10 (MPL 45, 1718); cit. apud Scot. ib. n.3 (VI/2, 912).	3/4	Cf. Scot. ib. n.8 (VI/2, 916).
		4	Mt 22.40. cit. apud Scot. ib. Scot. ib.
		9	Cf. Scot. ib.

mul tempore gratia infunditur, hoc tamen non est »propter impotentiam liberi arbitri absolute« – posset enim actum dilectionis Dei super omnia elicere ex suis naturalibus, etiam si gratia non infunderetur –, sed est ex liberalitate Dei gratiam liberaliter infundentis libero arbitrio aliquantiter bene disposito. Etiam actus ille tamquam dispositio praecedat gratiae infusionem naturae, etsi non tempore. Et ideo non requiritur gratia ad elicendum actum illum, quo disponitur ad suscipiendum gratiam simpliciter, sed superadditur actui tamquam praeviae dispositioni, qua subiectum disponitur ad susceptionem gratiae.

[Dubium 2]

M Dubitatur secundo contra conclusiones simul. Nam si homo ex suis naturalibus posset moraliter bene agere et ad gratiam se disponere, peccata cavere et praecepta implere, frustra et inane essent preces ecclesiae, quibus oratur pro victoria in tentationibus, pro fuga vitiorum, pro continentia, pro temperantia, pro ceteris virtutibus, pro praeceptorum oboedientia, pro periculorum amotione et similibus. Frustra ergo docuisset nos orare veritatis magister Christus clausulas illas: »Sanctificetur nomen tuum, fiat voluntas tua. Panem nostrum« etc. Mt. 6; »et ne nos inducas« etc. Frustra etiam orasset prophetae et apostoli, immo et Christus ipse pro discipulis suis Ioh. 17: »Pater sancte, serva eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut et nos unum sumus«, si ipsi ex naturalibus suis servare se poterant. Similiter et Propheta: »Deduc me, Domine, in semitam mandatorum tuorum.« Inclina cor meum in testimonia tua et non in avaritiam. Averte oculos meos, ne videant vanitatem.« Et similia innumera.

Probatur tamen consequentia per beatum Augustinum in De natura et gratia cap. 18: »Quid stultius quam orare, ut facias quod in potestate tua habetas.« – Et in epistola contra Vitalem haereticum, Epist. 107: »Proprusus«, inquit, »non oramus Deum, sed orare fingimus, si nos ipsos, non illum credimus facere quod oramus. Proprusus non Deo gratias agimus, sed agere nos fingimus, si unde illi gratias agimus,

15	infundentis] infundente GTr	11	semitam (Vulg.) semita GTr; s. Tr.
17	quod add. G post hoc verbum in marg.; subiectum	12	se. BL et (1) ... avaritiam] etc. G meos] tu. Tr
18	praeviae primae Tr	14	tamen om. G
M 2	moraliter om. G peccata] peccatum Tr praecepta] praeceptum Tr	15	habetas GTr (Aug., Greg., Arim.)
5	praeceptorum] peccatorum TBL	16	habes TBL
7	tuum om. G tua om. G Mt. 6 om. GTr	18	Epist. 107 om. GTr
9	et om. GTr		gratias (1) om. G

12/13, 14/15	Cf. Scot. ib.		Arim. II d. 26-28 q. 1 concl. 1 (VL 34, 115).
M 6/7	Mt. 6, 9-11, 13.		Aug., Epist. 217 c. 2 n. 7 (MPL 33 9/10 Ioh. 17, 11.
10/12	Ps. 118, 35-37.	15/19	Aug., Epist. 217 c. 2 n. 7 (MPL 33 981), cit. apud Greg. ib. (VL 34, 13-16).
15	Aug., De natura et gratia c. 18 n. 20 (MPL 44, 256); cit. apud Greg.		

ipsam facere non putamus.« – Et in De perfectione iustitiae cap. 21: »Praecepta«, inquit, »Dei ut fierent, nec inberentur, si nihil ibi nostra voluntas ageret; nec orare tur, si sola sufficeret.«

Ad haec omnia posset plane responderi quod haec omnia, quae dicta sunt, orat ecclesia, orant et prophetae et fideles non ut dentur simpliciter, sed ut dentur eo modo, quo nobis proficiunt ad vitam aeternam. Sic autem ea habere non poterit voluntas ex naturalibus suis, ex quibus non potest merei vitam aeternam, nec pro aliis orare licet nisi sub hac conditione et hoc fine. Et illo modo nihil habere possumus nisi a solo Deo.

Potest tamen et aliter responderi.

Pro quo advertendum quod multa operatur Deus supernaturaliter, quae limites naturae non excedunt. Sic apostolis scientiam multarum veritatum naturalium, quam naturaliter acquirere potuissent, infudit. Sic nonnullos sanavit ab infirmitatibus, a quibus naturaliter mederi potuissent; sicut socrum Simonis a febris, Mt. 8. Sic salvavit 5000 de paucis panibus, qui etiam naturaliter cibo sumpto satiari potuissent, Ioh. 6. Et ita de aliis multis. Unde qui naturae agendi virtutem dedit, suam tamen operandi potentiam non minoravit.

Secundo considerandum quod, licet voluntas humana sit libera, ut cogi non possit, ut supra dist. 25, »potest tamen modis variis ad varia volenda aut nolenda inclinari, trahi et persuaderi, quibus« etsi non necessitatur, nonnumquam tamen non nisi cum magna difficultate resistit. Licet enim naturaliter inclinatur ad bonum, »tamen frequenter seductur: nunc errore intellectus, operante malorum satore diabolo, nunc illicebra sensus, cui coniuncta naturaliter est inclinatio; nunc terroribus aut blandimentis saeculi« circumstantibus, quae omnia ad malum trahunt. Quis enim fraudes et fallacias spiritualium nequitiarum, diaboli scilicet mille artificis, eius quoque »tentationes occultissimas deprehendere, quis se de pugna sensualitatis continua sustinere se a carnis inclinatione semper avertere, quis totuplices mundi laqueos evadere potest?« – Huc accedit quod peccato originali vulnerata est voluntas in sua naturali potentia, ita quod, licet simpliciter sit libera, tamen »prona est ad malum ab adulescentia« (Gen. 8) propter sensualitatis rebellionem et rationis errorem. De quo I Ethicorum prope finem: »Recte enim ad optima deprecatur ratio. Videatur autem aliquod praeter rationem innatum, quod adversatur rationi«, ipsa scilicet sensualitas. De quo

23	et (2) om. BL	2	ut ... 25 om. GTr
32	Mt. 8 om. GTr in textu, sed add. G in marg.	5	operante] cooperante Tr
34	Ioh. 6 om. GTr qui] quia Tr sir-am] semina G	8	eius] eiusque GTr quoque om. Tr
N 1	ui] quod Tr	9	deprehendere] add. G (supra lineam) Tr (in textu): potest
		10	inclinatione] inclinationibus GTr

19/21	Aug., De perfect. iustitiae, c. 10 n. 21 (MPL 44, 308); cit. apud Greg. ib. (VL 34, 88).	1/11	Cf. Biel, Expos., lect. 78 L. 2-14 (III, 311).
32	Cf. Mt. 8, 14.	11/13	Cf. Biel ib. L. 15e (III, 312).
32/33	Cf. Ioh. 6, 5-13.	12/13	Gen. 8, 21; alleg. apud Biel ib.
N 1/2	Cf. Biel II d. 25 C. 2-19, G. 7-17.	14/15	Arst., Eth. Nicom. I c. 13 (1102b 15-18). Prima sententia cit. apud Biel ib. L. 6 (III, 311).

et *Apostolus* Rom. 7. «Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis.» Et ad Gal. 5. «Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Haec enim sibi invicem adversantur: ut non quaecumque vultis, illa faciatis.»

20 Propter haec voluntas mutabilis est et instabilis et ex peccati fomite infirma ac vulnerata, prona ad malum, difficilis ad bonum. Unde beatus *Bernardus* sermone VII De adventu Domini, qui incipit «Si devote»: «Triplici inquit incommodo mihi fragiliter laboramus. Nam faciles sumus ad seducendum, debiles ad operandum et fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum et malum, decipimur. Si tentamus facere bonum, deficiamus. Si conamur resistere malo, delinimur et superamur.» Ideoque in adiutorium voluntatis, ut delectabiliter et expedite ac faciliter vellet, cooperantur habitus infusi et acquisiti. Ad hoc etiam ordinavit Dominus angelicam custodiam contra tot laqueos, fraudes et insidias, ut supra habitum est dist. 12. Nec tamen suas deponit Deus super nos vigilas, quoniam ipsi cura est pro nobis, I Petr. 5. Propter quod, ut dicit sanctus *Bonaventura*, et est supra allegatum, «vix enim aut nunquam liberum arbitrium destituitur omni gratia gratis data».

Et ideo, licet libera sit ad volendum ac nolendum quodlibet sibi presentatum, raro tamen bonum vellet, raro se ad Deum converteret, raro se a delectationibus carnis et mentis inordinatis abstraheret, raro se supra se in finem ultimum eleveret. Multo magis ad se recurata suum commodum quaereret, seque finem suum in omnibus constitueret tot difficultatibus et laqueis convoluta, nisi specialiter Dei fidei auxilio sustentata. «Fideles» enim «Deus, qui non» permittit hominem «tentari supra id quod» potest, «sed facit cum tentatione preventum, ut possit sustinere», I Cor. 10.

«Orandus igitur est Deus» in omnibus operibus nostris, ut «rationem illuminet, ne erret; voluntatem refrenet, ne rationi dissentiat; exsecutivas potentias confortet, ut imperata opere perficiant; inimicorum fraudes submoveat, ne irretiant; fertilem cohibeat, ne praevalcant; mala cuncta removeat cunctaque tribuat bona. Nemo quippe sua industria tot corporis pericula evaderet, quanto minus animae. Ideoque ab oratione cessandum non est nec a gratiarum actione pro continuis beneficiis Dei, quibus misericorditer nos respicit, fovet et custodit».

17	lege GTr (<i>Vulg.</i>) legem TB	37	Deus om. G
18	adversus carnem etc. G	37/38	supra GTr (<i>Vulg.</i>) super TBL
21	beatus om. GTr	42	fertilem veritatem Tr
27	cooperantur operantur GTr	44/45	oratione] orationibus GTr
29	pro nobis] de nobis G	45	actione] actionibus GTr
16/17	Rom 7, 23.	29	I Petr 5, 7.
18/19	Gal 5, 17.	30/31	Bonav. II d. 28 a. 2 q. 1. resp. V. supra C 8s.
22/26	Bern. Clarevall. In adv. Dom. serm. VII n. 1 (Leclercq-Rochais IV, 196-4-8; MPL 183, 55); cit. apud Biel ib. L 17-20 (III, 312).	33/37	Biel ib. L 21-25 (III, 312).
27/28	Cf. Biel II d. 11 A 7-14; F/G.	37/38	I Cor 10, 13; cit. apud Biel ib. L 25-27.
		40/44	Biel ib. L 27-32.

Per hoc ad argumenta dicitur quod preces cassae non sunt, de quibus arguitur. Quoniam, etsi multa potest liberum arbitrium sine gratia, raro tamen vel nunquam operatur secundum ultimum suae potentiae propter difficultates et impedimenta praeterea.

Ad beatum *Augustinum*. Ad primam dicitur quod verum est, quando aequae est in potestate orantis sine adiutorio eius qui oratur sicut cum adiutorio.

Sic ad secundam *Augustini* auctoritatem, quae ut iacet vera est. Fictae enim orat et gratias agit, qui non Deum credit conferre, sed a se habere quod orat. Et fictae gratias Deo agit, qui id, pro quo agit, a Deo se recepisse non credit.

Ad tertiam: Prima pars est pro conclusionibus. Secunda pars intelligitur ut prima auctoritas: si sola voluntas aequae sufficeret sicut cum adiutorio divino. Sic dicit *Bonaventura* ut supra, quod, licet quaedam possit simpliciter nostra voluntas ex suis naturalibus, tamen, ut possit faciliter, expedite et delectabiliter, requirit gratiae alius cuius domum sive assistentiam Dei specialem.

[Dubium 3]

Tertio dubitatur: Cum voluntas sit libera habeatque velle et nolle in plena sui potestate, quomodo quoad illosactus interiores elictos potest difficultari, ut minus libere eliciat? Est enim libertas essentialis voluntati, ut nec possit intendi nec remitti; libertas dico a coactione, ut supra dist. 25 visum est. Difficultas autem minuit libertatem.

(Notabile)

Respondetur quod difficultas in eliciendo actum ex pluribus causis provenit:

Quandoque ex appetitu sensitivo ad contrarium ei, quod ratio dicitur, inclinatio, cui propter potentiarum colligantiam voluntas delectabiliter concordat et cum tristitia ei se deformat, ut II Ethicorum cap. 2. «Difficile est continere passionem incorpoream vitae.» Loquitur ibi *Philosophus* de passionibus delectationis, quae «in nobis a pueris committitur». Ad quod faciunt allegata praecedenti dubio ex *Apostolo* et *Philosopho* de contrarietate sensus et spiritus. — Difficultat autem passio obvia voluntatem dupliciter: Uno modo rationem obnubilando, ne recte iudicet. Qua errante, volun-

55	se om. GTr	O 3	ut] et GTr possit intendi] intendi
56	conclusionibus GTr (cf. supra M 1)]	7	potest GTr
58	ut] ubi L	9	provenit] accidit GTr
59	faciliter] add. G. et	9/10	delectabiliter] delectatur TBL
		12/13	ei se] eis Tr
		13	Philosopho] Philosophus TBL
			voluntatem] voluntate G
47	V. supra M 1-13.	O 3/4	Cf. Biel II d. 25 C 2-19; G 2s. 7-9; H
49/50	V. supra In 5-13.		1-3-8-11.
51	V. supra M 15.	10/11	Arist. Eth. Nicom. II c. 3 (1105a
53	V. supra M 16-19.		2s).
56	V. supra M 19-21.	11/12	Arist. ib. (1105a 1s).
56/57	V. supra In 51s.	12/13	V. supra N 13-19.
57/60	Cf. supra C 40-46.		

15 tas recta esse non potest. Unde II Rhetoricorum dicit *Philosophus*: «Non eadem vi-
dentur amantibus et odio habentibus neque iratis et mansuete habentibus». Unde
16 *Boethius* I De consolatione metro 7: «Nubila mens est vinculaque frenis haec ubi reg-
nant». Loquitur de quattuor passionibus: gaudio, dolore, spe et timore. – Alio modo
17 delectationem aut tristitiam noxiam voluntati ingerendo. Nata est enim voluntas ap-
20 peiui sensitivo condelectari et contristari, ut dictum est. Contra niti autem inest
ad delectabilia promptitudinem affert. Unde X Ethicorum cap. 7: «Coauget enim», ait
Philosophus, «operationem propria» (vel alter: «in opere proprio») «delectatio»,
25 «confirmat et meliorem ac diuturniorem facit, alienae vero officunt». «Corrumpunt
autem operationem propriae tristitiae», et cetera, quae ibi sequuntur.

Quandoque difficultas oritur ex habitibus voluntatis in contrarium inclinantibus; ut
voluntas habitata in vitio difficulter elicit actum iustitiae propter inclinationem con-
trariam habitus vitiosi.

Quandoque propter errorem intellectus, ut supra.

30 De his duobus dicitur III Ethicorum cap. 2: «Est difficile quandoque iudicare, quae
le pro quali eligendum et quid pro quo sustinendum». Hoc quoad intellectum. Sequi-
tur: «Adhuc autem difficultas immorari cognitis», quoad voluntatem.

Quandoque etiam oritur difficultas propter passionem voluntatis. Difficile est enim
odienti bene velle inimico et difficile est mansuete agere iracundo.

(Responsio)

P Per hoc ad formam dubii respondetur quod voluntas non potest difficultari quan-
tum ad magis et minus libere elicere. Quoniam, ut argutum est, libertas est essen-
tialis voluntati et voluntas omnes actus suos aequae libere elicit. Difficultas itaque
non opponitur libertati in elicendo, sed facilitati. Potest enim voluntas simpliciter
5 impediti, ne eliciat, ut in freneticis, quando scilicet ratio ligatur, cuius actum volun-
tas praesupponit suo actui; non autem potest impediti, ut eliciens non libere eliciat.
Difficultas igitur in elicendo non minuit libertatem, quia ita elicit actum quod, omni-

20	condelectari] condelectare TBL	30	Est GTr (<i>Arist.</i>) Et TBL
21	ad tristitiam] a tristitia GTBL	32	autem GTr (<i>Arist.</i>) om. TBL
23	operationem GTr (<i>Arist.</i>) operatio- ne TBL vel ... proprio om. GTr	P 2	argutum] argumentum TB
26	inclinantibus] inclinationi TBL	5	quando] quandoque G
28	habitus] habitui Tr vitiosus] virtuosus TBL	7	igitur] enim G minuit] minuat G

15/16	<i>Arist.</i> , <i>Ars rhetor.</i> II c. 1 (1377b 31s).	29	V. supra N 5.
17/18	<i>Boeth.</i> , <i>De consol. phil.</i> I metr. 7 (CChr 94, 17, 29-31; MPL 63, 658).	30/32	<i>Arist.</i> , <i>Eth. Nicom.</i> III c. 1 (1110a 29-31).
18	Cf. <i>Boeth.</i> ib. (CChr 94, 16s, 25-28).	P 1	V. supra O 1-3.
19/20	V. supra lin. 9s.	2/3	V. supra O 3-4 et locos ibi citatos.
23/25	<i>Arist.</i> , <i>Eth. Nicom.</i> X c. 5 (1175a 30s, b 14s, 17).	7/9	Cf. <i>Biel</i> II d. 25 B 1-13.

13 bus eodem modo se habentibus, habet in potestate sua elicere et non elicere ad sen-
sum supra expressum dist. 25, sed minuit delectationem in elicendo et promptitudi-
nem. Et ideo quantumcumque crescit difficultas, nunquam aufert libertatem, sed
14 bene tollit delectationem et promptitudinem. Et per hoc frequenter mutat volunta-
tem, ut desinat velle quod voluit, sublata delectatione, aut incipiat velle quod noluit,
accedente metu vel tristitia. Semper tamen manet libertas in volendo et nolendo.

Et tantum de quaestione.

13 nolendo] add. G: etc.
14 Et om. G

Vernum quia duplex est conscientia, recta et erronea, recta, quae est conformis legi, erronea, quae est deformis legi. Recta obligat, ut dictum est. Erronea etiam obligat, sed non sicut recta. Non enim obligat ad faciendum quod contra legem tuam, credens se conformiter legi dicere; quia tunc obligaret contra legem, et per consequens teneretur quis facere contra legem. Et cum lex obliget ad sui observantiam, quis simul obligaretur ad opposita impossibilia; quod est absurdum. Obligatoria conscientia erronea ad deponendum eam; non vinculo conscientiae hoc dictantis, quia creditur non-erronea, sed vinculo divini praecepti, quia dicitur Eccli. 17: "Ne demeritis in errore." Item, quia lex divina vetat continere Deum; qui autem agi tenetur conscientiam, qua credit Deum aliquid prohibuisse, licet erret, continere Deum hunc autem vitare non potest nisi deponendo conscientiam; ergo tenetur deponere conscientiam.

L Ex illo duo inferuntur:

Primum, quod omnis agens contra conscientiam contrarium praeceptive dictum peccat mortaliter. — Patet per *Glossam* Rom. 14: "Omne quod non est ex fide, peccatum est." Et patet ratione: Quia contemnit Deum, contra cuius praeceptum facere credit.

Secundum est, quod stante erronea conscientia de aliquo necessario ad salutem quod saluti repugnat, id est quod est contra legem Dei, talis est perplexus. Utrumque enim causa: Si conscientia Petri diceret eum debere adulterari, ut converteret ad terram ad fidem, manente illa conscientia Petrus est perplexus, quia non potest manens evadere peccatum mortale. Si agit secundum conscientiam, agit contra legem divinam, quam tenetur scire, et sic peccat mortaliter. Si omittit contra conscientiam, iterum aedificat in gehennam contemnendo. — Vernum non est simplex perplexus, quia patet sibi via evadendi, scilicet deponere conscientiam errorem. Quod si non facit, ex sua culpa est perplexus.

Sed dices: Quid, si esset error invincibilis? Respondetur: Dicendum est supra dist. 22. Nam in tali casu tenetur se conformare conscientiae et non legi, namne oppositum praecepti, quam ignorat. Non enim obligat lex nisi scientem legem vel scire debentem. Vult autem Deus quod voluntas se conformet conscientiae culpabili. Talis autem est conscientia erronea errore invincibili.

10	obligat] obligat TBL	19/20	Vult ... invincibilis om. GT
14	Deum om. G		<i>tu, sed add. G in marg.</i>
L 5	Deum om. G	20	Talis ... invincibilis] Conscientia erronea invincibilis non est culpa
9	converteret] convertat Tr		G
18	oppositum praecepti om. GT		
6/12	Cf. Bonav. ib. resp.	4/5	Glossa interl. in hunc locum.
7	V. supra lin. 1-3.		apud Bonav. ib. arg. a.
13/14	Eccli 17, 26.	7/8	Cf. Bonav. ib. ad obl. 4 circa fin.
L 2/6	Cf. Bonav. ib. resp.	13/14	Cf. Bonav. ib.
3/4	Rom 14, 23; cit. apud Bonav. ib. et arg. a.	16/17	Cf. Biel II d. 22 q. 2 I 5-17.

DISTINCTIO QUADRAGESIMA

Summarium Textus

Agit de pravitate peccati quantum ad actum voluntatis interiore. Consequenter quatuor distinctionibus sequentibus agit de eadem quantum ad actum exteriorum. Et primo de peccatis in generali, secundo de quodam peccato, scilicet in Spiritum Sanctum, in speciali, dist. 43 seu praenuntiata.

Circa primum primo agit de peccato actus exterioris quantum ad finis intentionem, secundo quantum ad principium movens, fidem scilicet et voluntatem, dist. 41, tertio quantum ad eius variam distinctionem, dist. 42.

Sententia huius distinctionis in sequentibus tribus conclusionibus colligitur.

Prima conclusio: Licet omnes actus inquantum natura quidem sint boni, quidam tamen simpliciter non boni, sed mali sunt dicendi.

Secunda conclusio: Nullus actus bonus esse poterit, si non causam bonam et finem bonum haberit.

Tertia conclusio: Quaedam constat esse peccata, quae nulla bona intentione sunt secunda.

Haec in Textu *Magister* multipliciter deducit.

QUESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum ex sola intentione finis attendatur bonitas operis

Praeterea notabilibus ac conclusionibus pro articulis primo et secundo, movebuntur quibus et solventur pro articulo tertio.

[Articulus 1]

Quaestio 1]

Quantum ad primum supponitur nunc ex dictis in III dist. 23 q. 1, quod opus bonum mortaliter est opus elictum aut imperatum conformiter ad dictamen rectae, id est inculpabilis, rationis. Et quoniam multa dicitur ratio recta debere convenire actui, si autem rectus, ex pluribus dependet eius ratio bonitatis.

4	seu praenuntiata om. GT	A 2	attendatur] attenditur GT
9/11/13	conclusio om. GT	4	pro ... tertio] per articulum tertium
9	omnes TBL (cf. Lomb.) omnis GT	7	ex ... q. 1 om. GT
	quidem] quidam GBL, quaedam Tr	8/9	id est inculpabilis om. GT
	sint boni TB (cf. Lomb.) sit bonus GT		
	sint bona L		
9/10	Cf. Lomb. II d. 40 c. 11 n. 1 (c. 1 n. 364, MPL 192, 747).	13/14	Cf. Lomb. ib. n. 4-14 (c. 2-4 n. 365-368, MPL 192, 748).
11/12	Cf. Lomb. ib. n. 28 (c. 1 n. 364, MPL 192, 747).	A 7/9	Cf. Biel III d. 23 q. 1 I 7-27. 39-43, 95-113.

Nam »prima ratio bonitatis eius est convenientia eius ad efficiens«, puta quia est ab efficiente libero. Commune enim est tam actui virtuoso quam vitioso quod liber eliciantur seu producantur. »Neque enim actus est laudabilis neque vituperabilis nisi sit a »libera »voluntate«, in involuntariis enim neque laudantur neque vituperantur.

III Ethicorum.

Secundo requiritur convenientia actus ad obiectum. Quod si est convenientia secundum dictamen rationis, id est tale quale recta ratio dicitur, actus dicitur bonus ex genere, quia est adhuc indifferens ad reliqua ad bonitatem actus requisita, sicut genus indifferens est ad differentias ipsum dividentes, id est indifferenter de quolibet praedicatur. Et intelligendum est de obiecto primario sive principali, non de secundariis, quia etiam circumstantiae sunt obiecta secundaria, saltem respectu actus interioris eliciti, ut in III q.1 dist. 23 dicitur.

Requiritur deinde convenientia actus ad circumstantias sive obiecta secundaria quorum principalis est finis, ut scilicet ille finis intendatur, quem ratio recta dicit esse intendendum. Nec tamen finis sufficit, sed requiritur etiam circumstantia for-
mae, id est modi, ut fiat quomodo fieri debere ratio dicitur. Deinde sequuntur circumstantiae magis extrinsecae, puta loci et temporis etc. Illa satis patent ex Ethicis et declarantur in III, ubi tractari solet de virtutibus.

[Notitie 2]

B Secundo notandum quod nomen »intentio« apud sanctos dupliciter accipitur, ut videlicet *Bonaventura* q.1 huius distinctionis: »Uno modo intentio dicitur volitionem finis« simpliciter, alio modo dicitur volitionem finis, ad quem aliquid medium ordinatur. Et ita supponit pro volitione finis et connotat medium seu aliquid in ipsum ordinatum.

Et secundum hoc dupliciter attenditur bonitas intentionis:

Uno modo dicitur intentio bona tantum ratione finis, quia est volitio talis finis quem recta ratio dicitur volendum, non curando de mediis. Sic omnis volitio honesta, pacis, dilectionis Dei et proximi propter se dicitur intentio bona.

Secundo modo dicitur intentio bona non tantum ratione substrati, sed etiam ratione connotati, hoc est non tantum ratione eius, quod volitur propter se, sed etiam ratione mediolorum, quae ordinantur in sic volitum. Et sic dicitur intentio bona, in qua est bona et perfecta ordinatio operis ad finem intentum bonum.

20	praedicatur] peccato TBL	B 8	Sic! Sicut Tr
22	ut... dicitur om. GTy	10	tantum] tamen T substrati] sub-
28	declarentur] declarant TB	13	qua GTy (Bonav.) quo TBL
11/14	Cf. Scot. II d.40 n.3 (VI/2, 1028s).	23/27	Cf. Scot. ib.
14/15	Cf. Arist., Eth. Nicom. III c.1	28	Cf. Biel ib.
	(1109b 31s). Cf. etiam ib. II c.4 (c.5)	B 1/3	Cf. Bonav. II d.40 a.1 q.1 resp.
	(1105b 31 - 1106a 2, 1106a 7-9).	6/8	Cf. Bonav. ib. (Alto modo).
16/19	Cf. Scot. ib. (VI/2, 1029).	10/13	Cf. Bonav. ib. (Uno modo).
21/22	Cf. Biel ib. L 16-58.		

Et ita ad bonitatem intentionis requiritur utrumque: et bonitas finis et recta ordinatio mediolorum ad finem. »Haec enim duo necessario requiruntur ad hoc, quod oculi sit simplex, sicut dicit beatus *Bernardus* ad Eugenium, scilicet quod veritas sit in electione et caritas in intentione. Hoc est dicere, quod tunc est oculus mentis simplex sive intentio bona, quando hoc amat finaliter, quod est amandum, et eligi, quod est eligendum.« Et hoc modo simpliciter verum est: »Si oculus est simplex, totum corpus iudicium erit«, quia intentione existente hoc modo bona, opus est bonum.

Haec de articulo primo.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Accipiendo intentionem primo modo, ad bonitatem operis non sufficit bonitas intentionis.

Probatur conclusio: Quia ad bonitatem operis requiritur convenientia obiecti et integritas omnium circumstantiarum, quas recta ratio adesse debere dicitur, sicut debere; sed stat intentionem finis esse bonam et tamen deficere vel obiectum debili-
tum vel alias circumstantias, unam vel plures; ergo stat intentionem esse bonam et opus esse malum. - Consequentia manifesta.

Et maior patet, quia »bonum est ex causa integra, malum autem omnifariam«, ut dicit *Dionysius*, et consonat *Philosophus* II Ethicorum.

Minor probatur: Quia si quis furatur diviti, ut subveniat pauperi, intentio quidem bona est, quia finis, scilicet subvenire pauperi, bonus est; et tamen deficiunt ibi rectitudo obiecti, quia datur de non suo, et modi et circumstantiarum ceterarum. Et sic de multis aliis, ut si quis mentitur, ut liberet innocentem, aut interficit persequen-
tem, non interveniente legitimae auctoritatis potestate. In quibus finis bonus est, electio autem contra dictamen rationis mala.

Corollarium, quod bonitas finis non excusat male eligentem. - Patet per illud apostoli ad Rom. 3 condemnantis dicentes: »Faciamus mala, ut eveniant bona.«

16	scilicet om. GTy	C 7	unum] unum TB
21	Haec... primo om. G	11	quidem om. GTy
		13	quia... suo om. GTy
		15	est om. G
14/20	Cf. Bonav. ib.		A 2-6 (VI, 164). Cf. Bonav. ib. ad
15/16	16/17 Cf. Bern. Claraevall., De	10	obi. 4; Scot. II d.40 n.1 (VI/2, 1027).
	praeept. et dispens. c.14 n.36 (Le-		Cf. Arist., Eth. Nicom. II c.6
	cleusq. Rochais III, 279.3s; MPL	11/15	(1106b 28-35) cit. apud Biel ib.
	182, 881); cit. apud Bonav. ib.		Cf. Aug., Contra mendacium c.7
19/20	Mt 6, 22; cit. apud Bonav. ib.		n.18 (MPL 40, 528s); cit. apud
C 12	V. supra B 7-9.		Lomb. II d.40 n.7s (c.3 n.366; MPL
9	Cf. Ps. Dionys., De div. nom. c.4		182, 748) et alleg. apud Bonav. ib.
	§80 (Dionysiaa I, 298s; cf. MPG 3,		resp.
	729 C); cit. apud Biel, Exp., lect. 88	18	Rom 3, 8; alleg. apud Bonav. ib.

[Conclusio 2]

D Secunda conclusio: Ad malitiam operis sufficit malitia intentionis.

Probat: ex probatione concl. 1. Nam ad hoc, ut opus aliquod sit malum, sufficit defectus uniuscuiusque requisitorum ad operis bonitatem; sed ad operis bonitatem requiritur bonitas intentionis, ut patet ex not. 2; ergo eius defectus sufficit ad malitiam operis. Sed ubicumque est intentio mala, deficit intentio bona, quia contraria simul stare non possunt; et per consequens intentio mala sufficit ad malitiam operis. Non tamen requiritur semper intentio mala, quia potest operatio esse mala, intentione existente bona, propter defectum alterius circumstantiae.

[Conclusio 3]

10 Tertia conclusio: Bonitas intentionis dicta secundo modo sufficit et requiritur, ut bona sit operatio.

Probat: Quia ista bonitas includit integritatem omnium requisitorum, quia finis et mediorum; talis autem integritas requiritur et sufficit ad bonitatem cuiuslibet operis, ut dictum est; ergo conclusio vera.

15 Et de intentione bona illo modo accepta intelligendae sunt auctoritates sanctorum innumerae, quod ex intentione dicitur opus bonum vel malum. Ut illa Ambrosii: «Affectus tuus operi tuo nomen imponit, et illa Salvatoris: «Non potest arbor bona fructus malos facere; ubi secundum Ambrosium per affectum et arborem bonam secundum Salvatorem intelligitur intentio bona secundo modo dicta.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

E Quantum ad tertium articulum est primum dubium: Utrum quantitas bonitatis operis commensuretur quantitati bonae intentionis. Quod est quaerere: Utrum opus bonum sit tantum bonum quanta est bonitas intentionis.

Respondet hic sanctus Bonaventura per distinctionem intentionis similem ei, quae dicta est in art. 1, scilicet «quod quantitas intentionis potest dupliciter attendi aut ratione actus intendendi aut ratione obiecti intenti», quod est finis tantum, et conformiter «tantum», quantum possunt accipi nominaliter, et sic respiciunt tantum; vel adverbialiter, tunc respiciunt actum intendendi.

D 2	ut] quod GTr	E 1	bonitatis] boni TBL
3	uniuscuiusque] uniuscuiusque	2	bonae] boni T
18	secundum Ambrosium om. GTr	5	est om. G
18/19	secundum Salvatorem om. GTr	6	tantum om. GTr
		7	tantum] add. L. et
D 2	V. supra C 5-8.	17/18	Mt 7, 18; cf. apud Lomb. ib. n. 1 (cf. n. 364; MPL 192, 747). Cf. etiam Bonav. ib. arg. 2.
4	V. supra B 6-15.		
10	V. supra B 10-13.		
14	V. supra A 23-27; C 3-6.	E 4/5	V. supra B.
17	Ambrosius, De officiis I c. 30 n. 147 (MPL 16 [1845], 66 A); cf. apud Bonav. ib. a. 1 q. 1 arg. 1 et ad ob. 1.	5/6	Bonav. ib. q. 2 resp.
		7/8	Cf. Bonav. ib.

Primo modo quantitas operis non commensuratur quantitati intentionis quantum ad bonitatem et malitiam, «quia opus exterius factum non semper commensuratur ei, quod intentio intendit», id est fini. «Frequenter enim homo intendit facere magnum bonum et facit parvum, quia modicam habet caritatem.» Sic etiam in malis: Non semper «qui intendit parvum peccare, parvum peccat», licet qui intendat multum peccare, multum peccet, etsi actus sit modicus.

Secundo autem modo accipiendo, sic quantitas operis attenditur ex quantitate intentionis quantum ad bonitatem et malitiam, «quia quantus est actus intendendi in bonitate et malitia intensus «ex omnibus circumstantiis, tantus est actus exterior bonus aut malus. «Omne enim meritum et demeritum «actus exterioris «reducitur ad actum voluntatis» interiorum. Et ideo secundum intensiorem bonitatis actus interioris mensuratur bonitas actus exterioris. Sic de malitia.

[Dubium 2]

Secundo dubitatur: Utrum intentio bona absque opere exteriori sufficiat ad merendum vitam aeternam.

Respondet sanctus Bonaventura q. 3 huius distinctionis distinguendo, quia aut habens bonam «intentionem habet facultatem bene operandi aut non. Si non habet facultatem, cum nemo obligatur ad impossibile», «sola plenitudo voluntatis internae sufficit ad meritum, sine opere exteriori. Si autem assit facultas et offert se opportunis, intentio non potest ad meritum sufficere absque «exteriori» operatione». Cuius ratio est triplex, scilicet «divini mandati obligatio, virtutis perfectio et voluntatis plenitudo».

Divini mandati obligatio, quia «mandata non solum obligant ad volendum, sed etiam ad faciendum. Et ideo qui non implet mandatum, cum possit et assit opportunitas, «potius mereatur iram quam gratiam.

Virtutis perfectio, quia «virtus est ultimum potentiae et ideo elevat potentiam ad aliquid magnum», in quod potest potentia, «et ad arduum. Potentiae autem animae» ordinantur ad opera etiam exteriora. Ideo virtus non est perfecta nec ultimum potentiae, nisi extendat se ad opera exteriora, ultra quae non sunt alta, et ita sunt ultima, in quae potest potentia, dum adest facultas et operandi opportunitas. Extendit se ergo virtus ad opera exteriora, si fuerit perfecta.

Voluntatis plenitudo, quia non est plena nec efficax voluntas, nisi ponat in effectu quod potest; alias dicitur semiplena et pigra, sicut «piger vult et non vult». Sicut qui

14	etsi... modicus om. GTr	F 8	triplex scilicet om. GTr (Bonav.) voluntatis GTr (Bonav.) bonitatis TBL
19	intensionem (cf. supra lra. 17) intentionem TBL	14	in... potentia om. GTr (Bonav.) exteriora om. GTr fuerit] fuerint
		18	G
9/14	Cf. Bonav. ib.	10/20	Cf. Bonav. ib.
15/19	Cf. Bonav. ib.	13	Cf. Arist., De caelo I c. 11 l. 116 (281a 10-12).
F 12	Cf. Bonav. ib. q. 3.		Prov 13, 4; cf. apud Bonav. ib.
49	Bonav. ib. resp.	20	

appetit scire et non laborat in studio, vult scientiam imperfecte, qui vero vult scientiam perfecte et efficaciter, haec operatur et nihil negligit requisitum ad scientiam acquisitionem.

*Quia ergo, dum adest facultas et se offert opportunitas, absque operibus exterioribus non est mandatorum Dei impletio nec virtutis perfecta ratio nec voluntatis perfectionudo, et absque his non est sufficientia meriti, hinc est quod ad meritum vitae aeternae non sufficit bonitas intentionis absque bonitate operis exterioris. Haec sanctus *Bonaventura*. – Quae intelligenda sunt, dum et quando recta ratio dicat esse operandum aliqua operatione exteriori.

Et secundum hoc intelligendae sunt auctoritates sanctorum, quorum aliquae dicuntur sonare, quasi sola voluntas sufficit; quae intelligendae sunt: dum deest facultas aut non est operandi opportunitas. Aliae, quod non sufficit voluntas sine quibus; quae verae sunt, dum adest facultas et opportunitas.

21	vero om. G	29	aliqua ... exteriori om. GTr
22	haec om. GTr	31	sufficit sufficit BL
28	sanctus om. GTr	33	dum si GTr
24/27	Bonav. ib.	31/32	Cf. Bonav. ib. ad obi. 1 et 2.
30/31	Cf. auctoritates apud Bonav. ib.	32/33	Cf. auctoritates apud Bonav. ib.
	arg. 1-3 citatas.		c. 2-4 citatas.

DISTINCTIO QUADRAGESIMA PRIMA

(Summarium Textus)

Agit de peccato actus exterioris quantum ad intentionem finis. Agit consequenter eisdem quantum ad principium fidei et voluntatis, investigans, an omne opus, quod non est ex fide, sit peccatum, an etiam omne peccatum sit voluntarium.

Colligitur autem sententia Textus in tribus conclusionibus, quae sequuntur.

Prima conclusio: Quamvis *quorundam* opinio omnem actum non ex fide et caritate procedentem peccatum esse astruat, *aliorum* tamen sententia quosdam infidelium actus bonos fore, non autem meritorios, probabiliter affirmat.

Secunda conclusio: Nullum est peccatum, quod non sit modo quodam voluntarium.

Tertia conclusio: *Cum voluntas mala peccatum sit mortale, constat* voluntatem peccati mortale peccatum esse.

Declaratio patet in Textu.

QUAESTIO UNICA

Circa distinctionem quaeritur:

Utrum inter humanos actus aliquis indifferens sit dicendus

Notabilibus praemissis, conclusiones subiungentur cum dubiis.

[Articulus 1]

Notabile 1]

Quantum ad primum notandum quod per actum humanum intelligitur actus hominis deliberativus, id est actus libere productus cum certa apprehensione obiecti. Unde casualis frictio barbae aut motus manus aut pedis factus non a proposito non dicitur humanus.

Notabile 2]

Secundo notandum, suppositis his quae habet *Occam* III Sententiarum q. 10 et 13, item quae tanguntur III dist. 23 q. 1 Collectorii huius, item in III Quodlibeto *Occam* diversis quaestionibus, utputa q. 13, 14, 15, item Quodlibeto IV q. 6 in quaestione de connexionione virtutum et alibi, quod actus indifferens dupliciter accipitur:

1	consequenter om. GTr	A 7	actus] add. Tr. hominis
58.9	conclusio om. GTr	11/14	suppositis ... alibi om. GTr
57	Cf. Lomb. II d. 41 c. 1 (c. 1-3 n. 369s; MPL 192, 749s).	A 11	Cf. Occ. III q. 11 O/P (VI, 388, 19-387, 7); q. 13 B-G.
8	Cf. Lomb. ib. c. 3-5 (c. 4s n. 372s; MPL 192, 750s).	12	Cf. Biel III d. 23 q. 1 N/O.
9/10	Cf. Lomb. ib. c. 6 (c. 6 n. 374; MPL 192, 751).	12/13	Cf. Occ., Quodl. III q. 14-16 (IX, 253-267).
		13/14	Cf. Occ. III q. 12 (= Quodl. IV q. 6) a. 4 dub. 1 UU; ad dub. 1 YY (sedetur in: Opera Theologica VIII).

15 Uno modo pro actu humano, qui nec est virtuosus nec vitiosus, puta qui non
elicitus vel imperatus conformiter rectae rationi et propter hoc quod ratio sic dicta
vit flendum, neque deformiter contrarie, licet deformiter contradicte. Ut si aliquis
actus aliquem elicit vel imperat non quia sic fieri debere recta ratio dicitur, nec
oppositum, sed quia ita facere placuit, ut operari aliquid pro delectatione, quod recta
20 ratio neque dicitur neque contrarium.

Secundo modo accipitur 'actus indifferens' ut est actus primo indifferens, nec be-
nus nec malus moraliter, potens idem numero fieri bonus et malus, non simul, sed
successive. Ut est actus primo non ordinatus in finem aliquem, ordinabilis tamen in
finem bonum et etiam in finem malum, ut ire ad ecclesiam, quod primo non ordin-
25 tur in finem virtutis et post fieri potest propter finem laudabilem vel vituperabilem.

[Notabile 3]

B Tercio notandum quod actus humanus bonus est duplex: Quidam est intrinsece
bonus et virtuosus, quidam extrinsece. Intrinsece virtuosus seu bonus est, qui est be-
nus necessario, ita quod non potest esse actus humanus et non esse bonus. - Extra-
insece virtuosus est, qui est virtuosus per coexistentiam alicuius alterius actus, sine
3 quo esse potest; et ita est contingenter bonus, quia posset esse idem numero et esse
non bonus. De hoc infra III dist. 23 q. 1.

[Articulus 2]

[Conclusio 1]

C Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Aliquis actus voluntatis est
elicitus quam imperatus potest esse indifferens primo modo, id est nec bonus neque
malus.

Illam conclusio probatur primo de actu elicitio: illo enim probato, patet de actu im-
5 perato. Nam voluntas potest aliquem actum elicere propter finem a se praestitutum
et non tamquam dictatum a recta ratione, cuius contrarium etiam non dicat ratio, et
talis nec est bonus moraliter neque malus; ergo indifferens. - Consequentia nota est
quid nominis actus indifferens primo modo accepti.

Maiores probatur. Quia potest voluntas alicui velle bene facere ex sua libertate ali-
10 que hoc quod ratio dicit illi esse benefaciendum vel eius oppositum, quia, cum vo-
luntas potest sibi praestituere finem contra rectam rationem, ut delectationem ne-
xiam, ergo multo magis potest praestituere sibi finem, qui non est contrarius rectae
rationi. - Consequentia nota, quia si potest contra rationem, potest etiam praeter
rationem. - Antecedens patet, quia voluntas potest frui seipsa aut creatura, quo te-
15 su praestituit sibi finem contra rectam rationem.

16/17	et... flendum om. GTr	B 5	potest/ posset GTr
19	oppositum] add. GTr: dicitur	6	De... q. 1 om. GTr
21	ut est om. GTr indifferens (2) om. GTr	C 4/5	illo... imperato om. GTr
23	tamen om. GTr	10	esse om. TBL
B 6	Cf. Biel III d. 23 q. 1 K 1-14.	9	V. supra lin. 5s.
C 2, 3	V. supra A 15-20.	14	V. supra lin. 9-12.
4/5	V. infra lin. 24-27.		

Minor principalis probatur: Quia talis actus sic elicitus non est elicitus secundum
dictamen rectae rationis; ergo non est virtuosus. Nec contra dictamen rationis; ergo
nec vitiosus. - Confirmatur: Voluntas potest elicere actum conformem rectae rationi,
ut gratia exempli velle reficere esurientem pauperem, quod ratio dicitur esse facien-
dum, et tamen non elicere propter hoc, quod ratio recta dicitur esse volendum; in
20 quo casu actus ille non est vitiosus, quia est conformis dictamini rectae rationis, nec
virtuosus, quia non elicitur propter hoc, quia sic dictatum est, quod tamen requiritur
ad hoc, ut actus sit virtuosus.

Probatur etiam conclusio de actu imperato, quia qualis est actus elicitus, talis est
et imperatus, cum bonitas actus imperati dependet a bonitate actus elicit, similiter
et eius malitia et indifferencia; igitur, cum elicitus potest esse indifferens, etiam im-
peratus potest esse indifferens.

[Conclusio 2]

Secunda conclusio: Omnis actus imperatus a voluntate, sive intellectus sive al- D
terius potentiae, est indifferens secundo modo et extrinsece.

Probatur conclusio: Quia omnis talis manens idem numero potest primo esse nec
bonus nec malus et post fieri bonus ac deinde malus, et e converso; ergo omnis talis
est indifferens extrinsece.

Tenet consequentia, quia ille actus dicitur indifferens extrinsece, qui potest fieri
bonus et malus ac mutari de opposito in oppositum; ille vero intrinsece indifferens,
qui nec est bonus nec malus nec potest fieri bonus neque malus manens naturaliter
idem numero.

Antecedens patet, quia omnis talis actus manens idem in se vel in esse naturae
10 potest fieri diversa intentione. Potest enim ordinari in diversos fines et secundum
hoc mutari de bonitate in malitiam moralem et e converso. Potest enim quis speculari
propter Deum primo et continuare eundem speculationis actum propter vanam glo-
riam. Et sicut est de actu intellectus, et similiter de actibus exterioribus.

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: Aliquis actus elicitus a voluntate non est indifferens, sed virtu- E
sus necessario et intrinsece.

Probatur illa conclusio: Quia aliquis actus est contingenter virtuosus; ergo aliquis
est necessario virtuosus.

19	esse om. Tr	8	qu] quia GTr naturaliter om.
22	est om. GTr	TBL	
D 6	qu] quia GTr	11	enim om. GTr
16	V. supra lin. 7.	E 3/12	Cf. Biel ib. K 24-35, 41s. Cf. Occ. III
17	V. supra A 21-25.		q. 12 (= Quodl. IV q. 6) a. 1 concl. 3 E
69	Cf. Biel III d. 23 q. 1 K 5-12.		(ceditur in: Opera Theologica VIII);
10	V. supra lin. 3s.		Quodl. III q. 14 concl. 2 (IX, 255,
			46-58).

5 Tenet consequentia, quia omnis actus virtuosus contingenter est de se indifferens ad esse vitiosum et virtuosum. Si ergo sit determinate virtuosus, hoc erit per conformitatem eius ad alium actum interiore virtuosum. Aut ergo ille actus interior est contingenter virtuosus aut necessario. Si secundum, habetur propositum. Si primum, quaevo similiter de illo secundo actu sicut de primo, et oportet dare tertium propter quem secundus sit determinate virtuosus; et ita fieret processus in infinitum, qui est impossibilis. Tunc enim nullus actus esset virtuosus, quia non posset deveniri ad primum, propter quem alii dicerentur virtuosus.

Quod autem omnis actus contingenter virtuosus fiat virtuosus determinate per alium actum virtuosum novum, probatur: Quia non potest fieri actus non-virtuosus de novo virtuosus nisi per mutationem aliquam, scilicet productionem alicuius novi aut per destructionem alicuius praeexistentis, quia non potest fieri transitus sine mutatione non autem in proposito fit illa mutatio sive transitus per destructionem, manifestum est; ergo aliquid novum producit. Illud autem non potest esse nisi actus novus virtuosus libere a voluntate elicitus. — Probatur: Quia impossibile est actum non-virtuosum fieri virtuosum per actum naturalem et non-liberum, qui non est in potestate voluntatis, quia propter actum naturalem nihil est laudabile vel vituperabile, omnis actus autem praeter actum voluntatis est naturalis et non in potestate voluntatis, ergo necesse est actum illum novum, per cuius conformitatem actus non-virtuosus fit virtuosus, esse actum liberum et in potestate voluntatis.

25 Ex quo sequitur quod actus non potest fieri virtuosus, qui prius fuit non-virtuosus, per solam coexistentiam novam rectae rationis; quia nisi interveniat actus voluntatis, quem libere elicit secundum dictamen rationis et propter hoc, nullus actus fit de novo virtuosus. Patet de actu interiori elicito. Quia si fuerit in voluntate actus elicitus, quo vult voluntas aliquid volibile convenienter propter debitum finem curare, tunc circumstantiis omnibus requisitis, excepto quod non elicit propter hoc quia ratio dictavit, ille actus non est virtuosus; quia quamvis voluntas sic eliciendo actum quod iustum est, sed non quomodo iuste operatur, id est non quia iustum est, enim iusti operantur quae iusta sunt, ut patet II Ethicorum. Ergo tali actu in voluntate iam existente, quantumcumque coexistat ratio recta, non erit virtuosus, quia non est elicitus propter hoc. Sed si debeat fieri virtuosus, oportet quod continetur propter hoc. Et id non potest fieri nisi per novum actum voluntatis, quo voluntas actum, quem non elicit quia sic dictatum est a ratione recta, continet quia scilicet dictatum est a ratione recta.

E 6	et] vel Tr. sit] fit G	36	id om. GTr
11	enim om. GTr	37	actum] add. GTr+: habet, act
15	per (2) om. GTr		Tr et add. supra hoc verbum, tunc
20/21	qui ... voluntatis om. GTr		recta om. GTr
32	iuste operatur] iusti operantur GTr		
13/14	V. supra lin. 6s.	33	Cf. Arist. Eth. Nicom. II c. 3
13/24	Cf. Biel ib. O 1-18.		(1106b 9s.)
25/28	Cf. Biel ib. I 81-87.		

Ne potest salvari per novum respectum actus iam eliciti ad rationem rectam de novo sibi coexistentem. Quia si poneretur ille respectus, esset quid mere naturale et non in potestate voluntatis, et ideo per ipsum nihil erit virtuosum de novo sine actu voluntatis libere elicito. — Item: Propter illum respectum non est aliquis actus in voluntate elicitus propter hoc; ergo nec actus virtuosus. Antecedens probatur: Non actus praeexistens, quia ante positionem respectus est elicitus, et ita respectus eius ratio recta non habet aliquam causalitatem. Oportet ergo ponere novum actum voluntatis. — Item: Tunc non posset esse actus conformis rationi in aliis circumstantiis in voluntate et ratio in intellectu, quin esset virtuosus, quia illis positus, ponitur in voluntate et ratio in intellectu, per quem actus est virtuosus. Consequens falsum, respectus quia est intrinsecus, per quem actus est virtuosus. Quia est homo in nequa si dictaverit ratio nunc esse subveniendum huic pauperi, quia est homo in necessitate extrema positus, et voluntas velit sic subvenire, sed non quia ratio hoc dicit, sed ex mera libertate, actus ille non est virtuosus, ut probatum est; et tamen in ortus est respectus illius actus ad rectam rationem.

[Conclusio 4]

Quarta conclusio: Omnis actus voluntatis secundum dictamen rectae rationis et propter hoc elicitus est necessario et intrinsece virtuosus.

Probatur: Quia omnis talis est virtuosus et non potest esse vitiosus manens naturaliter idem numero, ut dicitur infra in III dist. 23 q. 1, seu manens actus humanus, ergo est intrinsece virtuosus. — Consequentia nota ex descriptione actus intrinsece virtuosus.

Antecedens probatur pro prima parte: Quia si posset fieri vitiosus, maxime propter variationem alicuius circumstantiae finis vel alterius; ut si primo volo intrare ecclesiam propter Deum, postea volo idem propter lucrum. Sed hoc non. Probatur: mutatio fine in intentione, mutatur ipsa voluntas, a primo velle, quo volo intrare ecclesiam propter Deum, — secus est de actibus imperatis, qui manent idem in se naturae —, ergo non est idem actus primo virtuosus et secundo vitiosus. — Quod autem mutata circumstantia mutatur actus elicitus, probatur: Quia mutato obiecto mutatur actus elicitus tam voluntatis quam intellectus, quia penes obiecta distinguuntur actus, sed circumstantiae sunt obiecta partialia actus eliciti voluntatis simul cum recta ratione; ergo horum aliqua mutata, mutatur actus elicitus. — Quod sint obiecta, probatur: Obiectum est, super quo actus fertur. Et ad propositum: Illud est obiectum voluntatis, quod voluntas vult ipsa voluntate, sicut obiectum intellectus

40	esse] add. GTr: etiam	12/13	secus ... naturae om. GTr
45/46	actum voluntatis om. G	12	idem] idem L
49	est om. GTr	14	mutatur] mutetur GTr
53/54	manens ... seu om. GTr (homotelia.)	15	mutatur] mutetur T
49/51	V. supra C 18-23.	7/13	Cf. Biel ib. L 20-33.
52	Cf. Biel ib. I 95-97.	14/24	Cf. Biel ib. L 34-59.
54	Cf. Biel ib. L 16-19.	15/16	Cf. Arist., De anima II c. 4 t. 33
56	V. supra B 2s.		(415a 16-22).
7	V. supra lin. 3s.		

est, quod intellectus intelligit ipsa intellectione; sed voluntas volens aliquid cum certis circumstantiis vult etiam illas circumstantias, ut volens aliquid propter Deum et quia sic dictatum est et in tali loco et tempore, vult etiam Deum, rationem, tempus et locum, et omnia illa simul una volitione; ergo singula sunt partialia objecta, quamvis unum sit principatus alio.

Præterea: Nisi sic, sequitur quod nullus actus esset intrinsece virtuosus. Cuius oppositum probatum est. – Secundo sequitur quod de actu non-virtuoso et non-meritorio fieret actus virtuosus et meritorius per aliquod mere naturale, quod non est in potestate voluntatis. – Utrumque est inconveniens.

Primum probatur: Quia, cum actus voluntatis mutatur ad mutationem objecti et non circumstantiarum, tunc quicumque actus voluntatis elicitus cum certis circumstantiis per rationem dictatis et ita virtuosus potest manere idem, variatis circumstantiis, manente eodem objecto, et ita fieri virtuosus; et per consequens non erit intrinsece virtuosus.

Secundum probatur: Quia, si recta ratio non esset obiectum volitionis, eadem volitio, quæ prius non fuit virtuosa et meritoria, per solam assistentiam dictaminis rectæ rationis fieret virtuosus et meritorius. Et sic per aliquod mere naturale, quod non est in potestate voluntatis, fieret de non-meritorio meritorium et de non-virtuoso virtuosum. Dictamen enim rationis non est liberum nec in potestate voluntatis; siquidem non est in potestate voluntatis quod ratio dicat.

Et dicitur notanter, quod actus necessario et intrinsece virtuosus est qui non potest fieri vitiosus, manens actus humanus, quia quicumque actus virtuosus voluntatis elicitus potest per potentiam Dei fieri non-virtuosus per divinum miraculum. Nam si actum talem Deus solus in voluntate conservaret suspendendo causalitatem prudentiæ vel rectæ rationis in conservando, iam ille actus non esset virtuosus, quia iam nullum haberet ordinem ad prudentiam, quia non dependeret ab ea in aliquo genere causæ et esset perinde ac si nullum esset dictamen rationis. Sed tunc non esset actus humanus, quia non esset actus deliberativus neque objecti ut cognitive apprehensi. Et licet in casu prædicto actus ille non esset virtuosus, non tamen vitiosus, quia non contra rectam rationem.

[Conclusio 5]

Quinta conclusio probabilis: Nullus actus indifferens elicitus potest fieri bonus aut vitiosus.

Probatur: Quia talis actus nec potest fieri bonus aut malus intrinsece nec extrinsece; ergo nullo modo. – Consequentia tenet ex sufficienti divisione.

20	sed si TBL	46	dictamen] add. Tr: rectæ
22	Deum] Deus BL rationem] rationes TBL	47/48	cognitive] cognitiv GTr
26	non-virtuosus] virtuosus TBL		
25/26	V. supra E 3-12.	40/41	V. supra lin. 2-4.
29	V. supra lin. 25.	43/48	Cf. Biel ib. K 15-21.
34	V. supra lin. 26-28.		

Antecedens patet. Quod non intrinsece, patet. – Nec extrinsece, quia hoc esset per conformitatem eius ad actum novum voluntatis respectu eiusdem objecti intrinsece bonum aut malum. Sed hoc non, quia respectu eiusdem objecti principalis non possunt esse plures actus simul. Si enim primo voluero A non propter finem virtutis, erit actus indifferens elicitus. Sed si postea voluero A propter Deum, elicio secundo actu, primus destruitur, alias haberem simul duos actus respectu eiusdem objecti; quod videtur inconveniens. – De hoc vide *Occam* in III q. 10 iuxta finem; et in *Collectedio* III dist. 23 q. 1 plura de hoc dicentur, quæ hic omittuntur, de bonitate actuum virtuosorum etc.

Ex illa conclusione sequitur quod actus elicitus indifferens est essentialiter sive intrinsece indifferens, ita quod non potest esse bonus neque malus. Et sic erit indifferens primo modo et non secundo modo dicto in art. 1.

Vernum si teneretur: 'Voluntas potest simul habere duplex velle eiusdem objecti', principalis conclusio illa cum suo corollario non esset vera.

[Articulus 3]

[Dubium 1]

Quantum ad articulum tertium dubitatur primo: Utrum sit aliquis actus indifferens, comparando actum ad meritum et demeritum.

Respondetur primo de actu exteriori vel interiori imperato, secundo de actu interiori elicto.

[1. Responsio de actu imperato]

De primo: Per omnia dicendum est de actu imperato respectu boni meritorii sicut respectu boni moralis. Nam actus imperatus bonus moraliter potest esse indifferens ad meritum et non-meritum.

Actus enim bonus moraliter imperatus, ut comedere comedenda pro loco et tempore pro sustentatione naturæ, est actus moraliter bonus, et manens idem potest esse meritorius; ut si manente actu comestitionis, ordinem ipsum in Deum per caritatem inexistenter. Similiter si primo incipiam propter Deum, secundum illud *Apostoli*, 'Sive manducatis sive bibitis sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite', 1Cor. 10, et postea continem propter naturalem sustentationem, ibi sistendo et non ultra in Deum ordinando, actus comedendi primo est meritorius et idem manens in esse moris et naturæ desinit esse meritorius.

G 5	hoc om. G	H 3	actu (1) om. G
9	si om. GTr	6	est om. BL
11/13	De ... etc. om. GTr	10	naturæ om. G
16	modo (2) om. GTr	15	primi] add. Tr: modo
17	teneretur] add. GTr: quod simul om. TBL		
G 5	Cf. supra C 5-18.	17/18	Cf. Biel ib. N 13-20.
5/11	Cf. Occ. III q. 11 P (VI), 385, 19 - 387, 7; Biel III d. 23 q. 1 N 6-12.	H 6/7	V. supra C 24-27.
15/16	V. supra A 15-20.	13	1Cor 10, 31.

Non tamen manens bonus moraliter potest esse demeritorius, quia cum actu peccati mortalis non potest stare, quod ipse idem sit bonus moraliter, quia si fuerit demeritorius, aut deficit aliqua circumstantia, quam recta ratio dicitur inesse, aut adesse aliquam, quam dicitur non inesse debere. Et ita semper actus erit deformis contrarie rectae rationi et ita moraliter malus.

Actus tamen indifferens moraliter potest fieri meritorius et post demeritorius et reconverso. Ut si intro ecclesiam propter finem indifferentem, gratia exempli propter recreationem, vel etiam finem moraliter bonum, non tamen quia ratio sic dictavit, sed ex mera libertate voluntatis, tunc est actus moraliter indifferens; si postea nullo intentionem, continuando actum intrandi ecclesiam propter Deum, erit meritorius, aut propter vanam gloriam, erit demeritorius.

(II. Responsio de actu elicto)

Secundo dicitur quod loquendo de actu elicto indifferenti secundo modo, quia nullus talis est indifferens moraliter, sic etiam nullus talis est indifferens quoad meritum et demeritum. Patet, quia manens idem naturaliter non potest mutari de opposito in oppositum. Hoc enim fieri non potest nisi per mutationem alicuius circumstantiae; sed mutata circumstantia, mutatur actus elictus, ut patet ex art. 2, et ita non manet idem. Vide pro intellectu clariori dicta in III dist. 23 q. 1.

Sed loquendo de actu indifferenti primo modo, id est nec meritorio nec demeritorio, praesuppositis his, quae dicta sunt supra dist. 28, recitat sanctus Bonaventura tres opiniones:

I Prima, quod nullus actus humanus deliberativus sit indifferens, quia «nihil facit homo ex deliberatione, quod non imputat Deus homini ad praemium vel ad demeritum». Nam dicit Apostolus 1 Cor. 10: «Omnia in gloriam Dei facite», et ad Coloss. 3: «Omnia quaecunque facitis, sive in verbo sive in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite». Aut ergo actio nostra est in gloriam Dei aut non. Si sit ergo boni: si non, ergo mala, quia «omittitur id, quod mandat Apostolus». Unde in die iudicii de omni actu deliberativo rationem reddemus, ut dicunt. Et «sic ut non peribit capillus de capite, ita nec momentum» id est minimum de opere, ut dicit Bernardus, et Anselmus, «quod exigetur a nobis omne tempus impensum, quod

24	etiam] add. GTr: propter	1	Prima] Una GTr humanus] add. GTr: seu
25	multo G*TYTBL] mutat G	2	homini om. TBL. Bonav.: ei
31	naturaliter om. GTr	8	opere GTrTBL] tempore Bonav. infra L 17: add. G supra inveni sive tempore
34	idem om. G Vide ... q. 1 om. GTr	6/11	Cf. Bonav. ib. resp. op. 1
29	V. supra A 21-25.	7/9	Cf. Gaufredus, Declarationes ecc. Bernardi sermonibus collectae, et n. 54 (MPL 184, 465); cit. apud Bonav. ib.
32/34	V. supra F 3s. 7-17.		
35	Cf. Biel III d. 23 q. 1 L 20-36.		
36	V. supra A 15-20.		
1	Cf. Biel II d. 28 A-C.	8	Le 21, 18; cit. apud Bonav. ib.
1/3	Bonav. II d. 41 a. 1 q. 3 resp. op. 1.	9/10	Anselm., Meditationes, med. (Schmitt III, 77, 38s; MPL 188, 72s)
3	1 Cor 10, 31; cit. apud Bonav. ib. arg. 1.		
4/5	Col 3, 17; cit. apud Bonav. ib.		
5/6	Bonav. ib.		

ter fieri expensum». Cui videtur illud verbum Salvatoris alludere: «Omne verbum otiosum, quod locuti fuerunt homines, de eo reddent rationem in die iudicii», Mt. 12. Cuius opinionis videtur fuisse Gregorius de Armino, ut supra tactum est dist. 28, qui omnem actionem nostram, quae non ordinatur in finem ultimum, pro eo quod caret circumstantia finis, dicit esse vitiosam.

Alia est opinio, quae dicit quod actio, quae non est propria voluntati sive homini rationali, ut conedere, ambulare etc., quae et brutis conveniunt, potest esse indifferens; actiones vero, quae propriae sunt homini, ut loqui, aut sunt bonae aut malae, nec est repetere medium. Omnis enim, ut inquit, locutio bona est aut mala, quia utilis vel otiosa. Si otiosa, tunc est mala secundum verbum Domini de verbo otioso allegatum, propter quod beatus Iacobus in canonica sua dicit: «Qui in verbo non offendi, hic perfectus est vir». Ideo dicitur quidam, quod verbum prius debet venire ad linguam quam ad linguam.

Sed utraque dictarum opinionum nimis artat viam ad regnum. Nam sic cogitatio de veritate non propter Deum esset peccatum, similiter si quis «ex naturali pietate vel civili urbanitate» salutarer occurrentem in via, peccaret; quod nimis durum est dicere.

Tertia est opinio, quam ipse approbat, quae ponit quod «non omnis actio non-ordinata» in finem ultimum, scilicet Deum, est mala et demeritoria. Quaedam enim est non-ordinata «propter inordinatam conversionem voluntatis ad creaturam, quaedam propter operantis negligentiam, quaedam propter operantis infirmitatem». Prima «mala est operantis commissionis, secunda mala est malitia omissionis, tertia indifferens est». Et illa est, quando aliquis «circa creaturam non afficitur inordinata», nec tamen actum circa illam «comparat ad Deum», hoc est ordinat in Deum, «sed facit propter aliquem finem, qui respicit indigentiam naturae, ut cum quis ambulat, ut recreetur, aut comedit, ut reficiatur. Talis actio est indifferens, quia Deus nec illam remunerat nec imputat in culpam. Et hoc quia in tali actione non est malitia commissionis, quia non est inordinata delectatio, nec etiam omissionis; non enim semper omittit homo», scilicet omissionis peccato, «quando actiones suas non refert in Deum. Indulgetur enim naturae fragili et infirmiae, ut multa talia possit facere. Nec Deus requirit in tali statu distractionis et miseriae, quod omnia dum facit referat ad se. Requirit tamen aliquando, quando est locus et tempus. Et tunc si homo non refert, omittendo peccat.»

13	ultimum] add. Tr: dicit vitiosam	18	ut inquit] aiunt GTr
14	dicit ... vitiosam om. Tr: G: est vitiosa	24	veritate] add. GTr: aliqua non-ordinata] inordinata TBL
15	etc. om. G potest] possunt GTr	3/4	quaedam] add. GTr: non-ordinata quod] quae TBL
16/17	indifferens] indifferentes GTr	8	
10/11	Mt 12, 36; alleg. apud Bonav. ib. et cit. ib. arg. 2.	20/21	Iac 3, 2; cit. apud Bonav. ib.
12/14	Cf. Greg. Arim. II d. 26-28 q. 1 a. 3 (VI, 73, 21-74, 2).	21/22	Cit. apud Bonav. ib. Cf. H. Walther, Proverbia Sententiaeque Latinitatis Medii Aevi I, n. 1153; III, n. 16069.
12	Cf. Biel II d. 28 A 36-44.	23/26	Cf. Bonav. ib. op. 1 et 2.
13/22	Cf. Bonav. ib. resp. op. 2.	K 1/16	Bonav. ib. op. 3.
19/20	V. supra lin. 10s.		

Secundum hanc igitur opinionem, quae temperator et communior est, dicitur quod non omnis actus elicitus est meritorius vel demeritorius, sed aliquis est indifferens tam in habente gratiam quam non habente. Non enim omnis actus peccatoris peccatum est. Nam peccator honorando parentes, benefaciendo indigenti, credendo verum non peccat, licet haec agendo non mereatur. Similiter existens in gratis et haec faciens propter naturalem honestatem, compassionem et veritatis apparentiam non meretur, eo quod non per gratiam haec refert in Deum. Sed nec demeretur, quia a Deo non obligatur omnem actum suum referre in Deum. Non enim praeceptum quae ad certos actus certo modo agendos obligant, pro semper obligant, sed pro certo tempore, loco vel causa etc., quibus existentibus si non referret, peccaret. Posset quidem Deus secundum iustitiae rigorem omnem nostram vitam et actionem exigere, ut in eum referremus, sed non exigit per misericordiam. Hinc sumpsisse *Cancellarium Parisiensem* aestimo, quod in suo *Tripartito* cap. 4 scribit: «Cognoscens», inquit, ipse piissimus Pater nostram fragilitatem et exiguum potentiam, non requirit a nobis omne servitium, quod secundum iustitiae rigorem exigere posset. Dedit quippe potius certum numerum praeceptorum, quorum observatio sibi sufficiens esset, quae etiam legis decalogo continentur. Sic et gratiae divinae ac misericordiae deputat quod non omnem offensam «vult de facto imputare ad mortem aeternam, cum id iustissime posset», quia omnis Dei offensa de sua indignitate est mortifera et secundum strictam Dei iustitiam a vita gloriae exclusiva; immo de facto excluderet nisi remitteretur, ut idem *Gerson* probat in *De vita spirituali animae* lect. 1.

L Per hoc ad motiva primae opinionis dicitur quod verbum *Apostoli* consilium est, non praeceptum, sicut multae aliae monitiones eiusdem *Apostoli* et *Sapientis* in Proverbiis et ceteris *Sapientiae* libris. — Vel secundum aliquos intelligitur negative, id est: «Nihil contra gloriam Dei facite», et sic est praeceptum. Aliiter etiam alii exponunt.

Ad illud de verbo otioso respondet sanctus *Bonaventura*, quod verbum otiosum non dicitur illud, quod non ordinatur in finem, sed illud, quod «caret omni utilitate, dum tamen aliquam deberet habere». (Et sic intelligendum est illud *Gregorii*: «Verbum otiosum est, quod caret ratione iustitiae necessitatis et intentione pie utilitatis.») Et inter tale otiosum et meritum cadit medium, quando aliquis aliquid loquitur quod non est omnimoda utilitate privatum, nec tamen est ordinatum in Deum tanquam in finem ultimum. Frequenter autem verba, quae videntur inutilia, utilia fiunt.

17	temperatori] <i>add.</i> L. est est om.	37	spirituali om. GTr lect. 1] <i>add.</i>
26	BL etc.] cum TBL	L 3	GTr: conclusio prima
31	quon] quoniam T	7	Sapientiae] <i>Sapientis</i> (?) G
		10	non (1)] cum TBL
			loquitur om. GTr
29/33	Gerson, Opusculum tripartitum p. 1 c. 4 (Du Pin I, 430 A/B; Glorieux VII, 196).	L 1	V. supra I 3.
33/37	Cf. Gerson, De vita spir. lect. 1, concl. et cor. I (Glorieux III, 1198).	1/5	Cf. Bonav. ib. ad obi. 1.
		6	V. supra I 108.
		6/16	Bonav. ib. ad obi. 2.
		8/9	Greg. I, Moral. VII c. 37 n. 53 (MPL 75, 800).

tum ordinatur ad recreationem aliquam spiritus et ad exclusionem aecidiae. Secundum quod refertur beatus *Bernardus* dixisse, cum quendam fecit caespitare: «Otiosum, inquit, fuit factum, sed non otiose factum. Fecerat enim hoc ad laetificandum illum, quem viderat maestum.»

Quod addit: «Sicut non peribit capillus etc., ita nec momentum de tempore», quia secundum *Bonaventuram* «in via Dei stare retrocedere est»: Dicitur quod verum est, quando debet ambulare; tunc stare est regredi. Et sic non peribit momentum de tempore, quo homo debet operari, quin respondere habeat in iudicio. — Vel «regreditur» est quantum ad meritum, quod illo tempore posset acquirere, si operaretur ad gloriam Dei, et venit in iudicium quantum ad privationem huius gradus gloriae, qui responderet merito, si operatus fuisset.

[*Debitum 2*]

Dubitatur secundo: Utrum solus actus, qui non refertur in ultimum finem, sit indifferens quantum ad meritum et demeritum, an etiam aliquis relatus ad finem hunc sit indifferens.

Pro solutione notandum secundum sanctum *Bonaventuram*, quem imitatur *Scotus* distinctione praesenti, clarioribus tamen verbis, quod tripliciter potest intelligi actus referri in ultimum finem, scilicet actualiter, virtualiter et habitualiter.

Actualiter, dum actu «cogitans de fine diligit illum et vult aliquid propter istum».

Virtualiter, quando «ex cognitione et dilectione finis devenit est ad volitionem huius entis ad finem», licet tunc, cum actum producit, non cogitat de fine. Exemplum ponit *Scotus*: Si «ex dilectione et cognitione Dei pertinet ad portionem supernam portio inferior considerat talem actum, puta paenitentiae, assumendum, et postea illum exsequatur volendo, non tamen tunc referendo in finem, quia nec tunc actualiter finis cognoscitur nec diligitur», actus ille paenitentiae virtualiter refertur in finem. Proceedit enim ab eo actu portionis superioris et ab eo dependet, qui actualiter refertur in finem. — Aliud exemplum ponit sanctus *Bonaventura*: «Si aliquis intendit propter Deum dare centum marcas et incipit dare et cogitat de Deo in prima marca, in aliis vero non cogitat» de Deo, «nihilominus omnes illae dationes» aliae

14	beatus Bernardus] beatus Bernardum TBL caespitare] <i>add.</i> GTr: id est caespites fodere	7	aliquid TBL (<i>Scot.</i>) actum aliquem GTr
22	Dei om. G in] ad GTr	9	entis TBL (<i>Scot.</i>) actus GTr
M 4	sanctum] dominum GTr	13	actus] <i>add.</i> G: tamen
5	distinctione praesenti om. GTr potest] possunt TBL	14/15	Proceedit ... finem om. TBL (<i>hotal.</i>)
		16	centum GTr (<i>Bonav.</i> ; v. etiam infra lin. 58)] decem TBL

17	V. supra I 78.	M 4/6	Cf. Bonav. ib. in fine questionis;
18	Cf. Bern. Claraevall. Epist. 254 n. 4 (Leclercq-Rochais VIII, 138, 205; MPL 182, 460s); cf. apud Bonav. ib. arg. 3.	7	Scot. II d. 41 n. 2 (VII, 1084).
18/20	Cf. Bonav. ib. ad obi. 3.	8/9, 10/13	Scot. ib.
		15/17, 18/21	Bonav. ib. Cf. infra lin. 53.

virtualiter referuntur in Deum, quia consequenter se habent sive consequuntur ad illam operationem, quae actualiter fuerat relata in Deum. »Si tamen», inquit, »opus alterius generis, id est impertinens ad primam intentionem, »inciperet, oporteret quod intentio renovaretur ad hoc quod hoc opus ordinaretur in finem.

Habitualiter omnis actus refertur in finem, qui simul »manens cum caritate est »referibilis in finem; quod additur propter peccatum veniale, quod stat cum caritate seu gratia et tamen non refertur habitualiter in Deum.

Sic aliquis actus dicitur non referri negative, quia nec virtualiter nec actualiter refertur »privative, quia non est natus referri, ut actus peccati venialis; »contrarie, ut peccatum mortale, quod »corrumpit principium referendi. Veniale vero etsi stet cum gratia, non tamen est natus referri in Deum. Vide *Scotum* dist. 41.

(1.) Per hoc dicitur ad dubium: Nullus actus habentis caritatem relatus in finem ultimum actualiter aut virtualiter est indifferens.

Pateat, quia omnis talis est meritorius; ergo non indifferens. — Antecedens de primo est manifestum, quia si ille non esset meritorius, nullus omnino esset meritorius, quia nullus magis ordinatur in finem. — De secundo est valde probabile, quia, cum ille dependet a caritate et actu eius meritorio et est velut effectus eius, ideo et ipse est meritorius.

Ex quo inferat sanctus *Bonaventura* valde consolatorum vis religiosus, scilicet quod »qui in principio ex caritate devoverunt portare religionis pondus, quidquid faciunt, quod ad suae religionis observantiam spectat, ex prima intentione est eis meritorium ad salutem, nisi forte, quod absit, contraria intentio superveniat. In aliis autem, quae ad religionem non spectant, secus est, quia illa intentio se non extendit ad alia »virtualiter.

Ex quo infero quod quidquid facit religiosus ex obediencia sui praelati, etiam si fuerit labor corporalis pertinens ad vitae sustentationem, si fuerit in gratia, est sibi meritorium, licet tunc non ordinet in Deum, ex prima intentione, qua se propter Deum subdidit oboedientiae; propter quod »non est parvae securitatis religionem introire». — Intellego autem per religiosum non solum eum, qui proficitur regulam facitiam, sed omnes, qui alicui praelato secundum ecclesiae ordinationem se subdide-

18	referuntur] referantur Tr	31	Antecedens] add. G: probatur
19	fuerat] fuerit GTr	32	si ille] successive TBL meritorius
20	inciperet] incipiet Tr oporteret GTr (<i>Bonav.</i>) oportet TBL	36/37	(1)] add. BL: immo esse] est TBL
22	manens TBL (<i>Scot.</i>) manet GTr est om. GTr	37	virtus ... quod] quod virt religios GTr
25/28	Sic ... dist. 41 om. GTr	37	devoverunt GTr (<i>Bonav.</i>) Deo vo-
29	habentis] habens TBL	39	verunt TBL
30	actualiter aut virtualiter GTr (v. infra in. 37-39)] virtualiter ac actualiter TBL	47/48	superveniat GTr (<i>Bonav.</i>) super- nerit TBL subdidit] subdidit BL

22/23 Cf. *Scot.* ib.
23/24 V. infra in. 82-84.
25/28 Cf. *Scot.* ib. n. 3 (VI/2, 1085).
31 V. supra in. 29s.

33 V. supra in. 30.
37/41 *Bonav.* ib.
45/46 *Bonav.* ib.

runt, immo eadem ratione quicunque statum aliquem a Christo aut ecclesia approbatum propter Deum suscipiunt, quod extendi potest usque ad statum matrimonialem. — Et aestimo illud potissimum fore intelligendum suo modo de religione christiana, quae utique est maior facticia, quia sine ea facticia non sufficeret ad salutem.

Addit tamen sanctus *Bonaventura*, magis specificando prius dictum ab eo: »Relationem vero habitalem» — hoc est virtutalem; hanc enim intelligit per habitalem; et habitalem supra descriptam ipse nominat habitudinalem. Relationem ergo virtutalem, inquit — »voco non qua quis refert in generali ad Deum omnia opera diei vel anni, sed qua quis refert aliquod opus» certum »ad Deum, ita quod opus sequens directam habeat ad opus primum ordinationem et consequentiam; sicut est in illo, qui dat centum marcas vel qui intendit ire ad sanctum Iacobum. In aliis autem non habet locum.»

Quod sic intellego, quod opus illud virtualiter refertur in Deum, cuius praecedens opus actualiter in Deum relatum est aliquo modo causa, ita quod illud opus non fiat, nisi aliud praecessisset. Et facile sciri potest de opere, an virtualiter refertur in Deum et an consequatur ad opus actualiter relatum. Si quaeras: Cur hoc facis?, ut in praemis exemplis si quaero: Cur das secundam vel tertiam marcam, aut: Cur parvas peram et calceos?, si vere responderi potest per actum actualiter relatum, ut: Quia volo dare centum marcas, aut: Quia volo ire ad sanctum Iacobum, signum est quod virtualiter refertur in Deum, et per consequens est opus meritorium.

(2.) Secundo dicitur ad dubium, quod actus, qui habitualiter tantum et non actualiter nec virtualiter refertur ad Deum in habente caritatem, non est meritorius nec demeritorius, sed indifferens.

Pateat quod non sit meritorius: Quia non dependet a caritate talis actus nec elicitur secundum inclinationem gratiae; aequae enim fieret, si gratia non coexistere. Et ita gratia non habet se ad talem actum in ratione principii mediate vel immediate. Nullus autem actus est meritorius, nisi respectu cuius gratia habet aliquo modo rationem principii, ut supra dictum est.

Nec est demeritorius, quia non habet sufficientem rationem malitiae pertinentem ad peccatum veniale, quia possibile est nullam deordinationem esse in eis, quae sufficiat ad rationem peccati. Non enim tenetur homo — nec tentio necessitatis contra quam sit peccatum mortale, nec tentio minor, contra quam sit peccatum veniale — referre semper actum suum in Deum actualiter vel virtualiter, quia Deus ad hoc nos non obligavit.

48	aut] add. GTr: ab	64	secundam vel tertiam] tertiam vel
49	statum] add. TBL: naturae	65	secundam TBL
50/51	Et ... salutem om. GTr	67	ei] vel Tr
54	habitudinalem] aptitudinalem G	75	quod] quia GTr
56	quod GTr (<i>Bonav.</i>) ut TBL		est om. G
57	in om. G		

52/53 55/59 *Bonav.* ib.
54 V. supra in. 22-24. — *Bonav.* non
utitur isto termino.

64 V. supra in. 57s.
75 V. supra in. 27. Cf. etiam Biel II d. 27 M 25-28. 67 70-72.

Et dicitur frequenter in praemissis «referitur» vel «referibilis» ad excludendum peccatum veniale, quia licet coexistat gratiae, non tamen est referibile in finem ultimum. Siquidem nullum peccatum referibile est in Deum, ratione non errante. Et ideo peccatum etiam veniale non est actus indifferens, sed est actus demeritorius, licet non poenae aeternae.

[*Dubium 3*]

N Tertio dubitatur iuxta concl. 2 Textus: Utrum omne peccatum sit voluntarium.

Et videtur quod non. Nam peccatum omissionis, quod ignoranter committitur, gratia exempli non intrans ecclesiam die festo ignorans esse festum aut non cogitans illud, non est voluntarium, quia nihil voluntarium nisi cognitum. Hic autem non praecedit cognitio, sed ignorantia.

Item: Nihil est voluntarium nisi per actum voluntatis; sed stat voluntatem nullum habere actum respectu omissionis; ergo non erit voluntaria. Et tamen ommissio praecipit affirmativi pro tempore et loco, quo obligat, est peccatum; ergo etc.

Item: Venialia peccata sunt peccata, et tamen non sunt voluntaria; ergo. – Minor probatur: Quod vitari non potest, non est voluntarium. Venialia autem vitari non possunt. Unde *Augustinus* in libro *Retractionum*: «Sunt quaedam necessitate facta improbanda, ut qui vult recte facere et non potest.» Unde *Apostolus* ad Rom. 7: «Non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago.» Talia autem sunt venialia.

Primo dicitur de peccato omissionis, secundo de veniali.

(1. De peccato omissionis)

O Quoad primum advertendum quod «peccatum omissionis» dupliciter dicitur: Uno modo improprie pro peccato, quo aliquis non omittit, quod tenetur omittere. Et sic ommissio semper coniuncta est peccato commissionis. Qui enim non omittit aliquid, quod omittere tenetur, facit quod prohibitum est; ergo non omittendo committit. – Et sic non accipitur hic, quia sic non distinguitur a peccato commissionis secundum rem, et non est dubium omne peccatum commissionis esse voluntarium. – Secundo modo accipitur proprie, et est dum aliquis omittit actum, quem tenetur facere. Et ita contrariatur praecipito affirmativo.

N 3	festi] add. TBL. et	13	hoc (2) om. GTB
8	etc. om. G	0	5
10	probatur om. GT		

82	V. supra lin. 22s. 60. 67. 69. Cf. etiam supra lin. 23s.	11/12	Aug., <i>Retract.</i> I c. 9 n. 5 (MPL 32, 597); cit. apud Bonav. II d. 41 a. 2 q. 1 sed c. 2.
N 1	V. supra Summ. Textus, lin. 8.	13	Rom 7, 19; cit. apud Aug. et Bonav.
4	Cf. Biel II d. 25 G 4-6.	13	ib.
6	Cf. Aug., De vera relig., c. 14 n. 27 (CCur 32, 204. 4s; MPL 34, 183); cit. apud Lomb. II d. 41 c. 3 (c. 4 n. 372; MPL 192, 750).	13/14	Cf. Bonav. ib.

Consequenter notandum quod, ut recitat beatus *Thomas* prima secundae q. 71 art. 5, de hoc, an peccatum omissionis esse possit sine actu positivo voluntatis, duae reperuntur opiniones:

Una, «quod in omni peccato omissionis est actus aliquis» interior voluntatis elicitus vel exterior imperatus: interior, ut velle omittere sive velle non facere quod preceptum est, aut velle suspendere actum quem tenetur facere, aut velle facere actum impossibilem actu ad quem tenetur, et per consequens velle carere actu ad quem tenetur: exterior, ut operatio alicuius ea hora, qua tenetur aliquid facere, quo impeditur ab eo quod tenetur.

Alia opinio dicentium quod, licet in peccato omissionis frequenter concurrat talis actus positivus, non tamen oportet, nec requiritur ad peccatum omissionis aliquis actus positivus. Ipsum enim non facere quod praecipitur est, est peccatum omissionis, secundo omni actu positivo.

Huc opinioni favet sanctus *Thomas*. Favet et *Guilelmus Occam* in suo III q. 10. Et probat sic: «Quia ponamus quod aliquis teneatur diligere Deum» actualiter «die dominico» semoto impedimento. Talis, sublato «omni impedimento, potest per totum diem non diligere Deum»; non enim necessitatur ad diligendum Deum. Et per consequens potest peccare non diligendo peccato omissionis. Si ergo ad hoc, quod peccet peccato omissionis, requiritur etiam peccatum commissionis sive actus positivus voluntatis, «quaero de illo actu voluntatis, sive sit actus nolendi diligere Deum sive sit actus volendi contrarius dilectioni Dei. Aut est in potestate voluntatis, sic quod voluntas, stante peccato omissionis, potest» illum «actum commissionis elicere et non elicere, vel non potest non elicere, sed necessario elicet, stante» peccato omissionis. Si primum, «potest voluntas illum actum non elicere; et per consequens potest» «peccare peccato omissionis, non peccando peccato commissionis. Si detur secundum, ergo in elicendo illum «secundum» actum non peccabit, quia nullus peccat in eo quod vitare non potest».

(Contra opinionem 2) Sed contra istam opinionem arguitur. Nam pono quod aliquis pro hora, qua tenetur audire missam, non cogitet de missa audienda et ita non vadat, sed omittat audire missam. Quaero, an peccet peccato omissionis in eo praeci-se, quod non audit missam, vel non. Si dicis secundum, quod non peccat, quamvis omittat, nulla alia assignari poterit causa nisi quia respectu actus missae non habuit aliquem actum voluntatis, sine quo nullum est peccatum actuale. Et sic requiritur actus voluntatis positivus, ut ommissio illa sit peccatum. – Si dicis, quod peccat non eundo ad missam audiendam; contra: Nemo peccat in eo quod vitare non potest, sed talis non potuit vitare illam omissionem; ergo omittendo non peccat. Minor probatur: Quia non potuit ille ire ad audiendum missam non cogitans de missa. Cogitatio au-

18	concurrat] concurrat BL	30	commissionis GT (Occ.) add. TBL.
22	10] 12 GT		omittere et GT (Occ.) vel TBL
23	teneatur G (Occ.) teneatur T-TBL	P 5	missae] omisi TBL
		9	vitare] vitari BL
0	12/13, 16/17 Cf. Thom., S. Th. III q. 71 a. 5 resp.	23/35	Occ. III q. 13 P.
18/21	Cf. Thom. ib.	P 7/8	V. supra lin. 3s.
		9	V. supra lin. 8s.

tem de missa non est in sua potestate. Potest enim distrahi aut oblivisci contra suam voluntatem. — Si dictis, quod poterat cessare ab illo opere, quod distractus est, et ita cavere distractionem et per aliquod monitorium cavere oblivionem, et ita non faciendo quod in se est, ne oblivisceretur, virtualiter voluntarie omisit, et ita vitare potuit omissionem; contra. Ad excludendum omnia talia volo quod oblivisci aut distractio accidat sine omni sua culpa, quod fieri potest. Potest enim ante horam audiendi missam utili et laudabili operi intendere, gratia exempli devotae orationi, et eam continuare usque ad horam et ipsa devotione distrahi aut obaudire pulsam, vel monitorium sum esse negligentem, quem ordinavit ad se vocandum. Tunc incidit distractio nem et ita impotentiam eundi ad missam sine sua culpa, et ita peccabit in eo, quod sine sui culpa vitare non potuit.

Item: Non plus peccat ille quam hora illa dormiens; sed dormiens illa hora, etiam si ex culpa sua obdormiit, uputa quia prius inordinate vigilavit, non peccat; ergo. — Consequentia nota. — Maior patet, quia ita non est in potestate illius audire missam in casu sicut dormientis. — Minor probatur: Quia ea ratione, qua ebrius in ebrietate, qua privatur rationis usu, occidens aliquem vel furiosus in furia non peccat, eadem ratione nec dormiens, quia utrobique non est usus rationis, sine quo non peccatur, licet poterant ex sua culpa incidere ebrietatem et furiam.

Durum etiam videtur quod is, qui nulla malignitate aut contemptu omittit actum sibi debitum, sed ex munda oblivione vel distractione, non omissurus, si cogitaret, quod ille peccet mortaliter. Et si oblivis ipsa non fuerit culpabilis, nullus omnino erit in omissione contemptus, nec verus nec interpretativus; ergo nec peccatum mortale, quia non peccatur mortaliter sine contemptu.

(Pro opinione 1) Propter istas rationes declinare videtur *Alexander* ad primam opinionem, scilicet quod peccatum omissionis non est sine actu positivo interiori, scilicet nolle facere aut velle non facere, et utrumque est actus positivus voluntatis. Potest tamen esse peccatum omissionis sine actu exteriori, quo aliquid operatur etiam sine interiori contrario actu, quem omittit. Ut quis potest peccare non diligendo Deum absque hoc quod odiat Deum; non autem potest peccare omitiendo diligere Deum sine actu voluntatis, quo vult non diligere Deum formaliter vel virtualiter. Unde ait *Alexander* II q. 130 m. 10: In omissione «actus voluntatis interioris quiescit super ipsum non facere»; unde dicit omittens: 'Volo non facere' aut 'Non volo facere'. Velle autem et non velle sunt actus voluntatis. * Accipit 'non velle' pro nolle. Sequitur: 'Ideo dicimus quod peccatum ipsius omissionis in actu perpetratur, hoc est in actu voluntatis interioris, et non in ipso defectu aut carentia boni.' *

14	ita om. GTr	23	sua om. Tr quia qui TBL non
17	operi BL] opere GTrT		peccat om. G
19	ordinavit] ordinal T	25	ea om. L
22	hora (21) add. G in marg.: non peccat	26	aliquem] aliquod T, aliquid B
		31	si om. G
		40	Deum om. G
24	V. supra lin. 22.	34/35	V. supra O 12-17.
25	V. supra lin. 22s.	41/45	Alex. ib. ad obi. 2 (III, 342b).
34	Cf. Alex. II q. 114 m. 10 n. 386 (III, 341s).		

(Ad rationem opinionis 2) Et tenendo hanc opinionem, potest responderi ad rationem oppositae opinionis admitiendo casum, quod potest non diligendo Dominum Deum per totam diem dominican peccare peccato omissionis; sed non nisi concurrente actu voluntatis, quo vult non diligere Deum aut quo vult aliquid repugnans dilectioni Dei, ut quia vult tota die dormire aut laboribus intendere, cum quibus non stat dilectio actualis Dei. Nam circumscripto illo actu voluntatis, sola omisso non erit peccatum.

Ad probationem, cum quaeritur de illo actu voluntatis, an sit in potestate voluntatis etc., dicitur quod actus ille simpliciter est in potestate voluntatis stante omissione, sed non est in potestate voluntatis stante peccato omissionis, id est actus quidem ille est in potestate voluntatis ad eliciendum vel non eliciendum; sed si non elicitur, iam omisso manens non erit peccatum. Sicut in simili actus faciendi opus servile in die festo est in potestate voluntatis stante praecepto de feriando; sed facere servile opus non peccando stante praecepto non est in voluntatis potestate. Non enim est omisso peccatum nisi per actum voluntatis omissionem acceptantis seu in omissionem consentientis formaliter, quia vult omittere, aut virtualiter, quia vult aliquid, ad quod sequitur talis omisso. Unde si nullum actum habet voluntas respectu omissionis formaliter vel virtualiter, non videtur, quomodo omisso sit voluntaria et per consequens quomodo sit peccatum.

Et si diceret contra illam secundam opinionem: Sequitur quod nullum esset peccatum omissionis, quia pura omisso, scilicet non concurrente actu voluntatis, non est peccatum, ideo non omisso, sed actus ille voluntatis, quo vult omittere formaliter vel virtualiter, est peccatum; ille autem est actus positivus, et sic est peccatum commissionis. Respondetur concedendo, quod pura omisso non est peccatum, sed omisso cum actu voluntatis. Dicitur autem ille actus voluntatis peccatum omissionis, quia eo vult voluntas omittere quod facere tenetur. Unde diceretur consequenter, quod peccatum commissionis est velle facere quod prohibitum est, peccatum omissionis est velle omittere quod praeceptum est. Utrumque ergo peccatum est actus positivus interior voluntatis vel non sine tali. Nec dicitur «omissionis», quia fit sine actu voluntatis interiori positivo; sed dicitur peccatum omissionis ex causa tacta.

Illam opinio videtur satis rationalis et facilis, quia satis aperte patet, quomodo peccatum omissionis sit voluntarium, quia non fit sine actu voluntatis formaliter vel virtualiter.

(Contra opinionem 1) Sed contra opinionem illam est una ratio probans, quod pura omisso sine actu voluntatis respectu omissionis est peccatum, illa scilicet: Nam pono

Q 1/2	rationem] rationes TBL	17	omissio] commissio TBL
6	actualis] accidentals TBL	21	concurrente] corrente TBL
9	etc. om. G est] sit Tr	31	rationalis] rationabilis BL facilis]
10	potestate voluntatis] voluntate G;		fallibilis TBL
	potestate Tr	32	sit om. G
Q 2/3	V. supra O 22-26.	30	V. supra lin. 25s.
8/9	V. supra O 28-31.	31	Sed. prima. v. supra O 12-17.
20	V. supra O 18-21.		

quod Iohannes apprehendat se nunc debere audire missam. Potest suspendere actum voluntatis respectu auditionis missae; suspendere dico non actu positivo, sed non eliciendo velle neque nolle audire missam, quia quacumque apprehensione stante in intellectu, non necessitatur voluntas ad eliciendum actum circa apprehensum, alioquin non esset libera. Pono ergo, quod ita faciat; tunc peccat peccato omissionis, quia omittit actum praecepti, quem posset non omittere, et tamen nullum habet actum positivum respectu omissionis.

R (Pro opinione 2) Propter hanc rationem videtur opinio *Occam* q. 10 tertii Sententiarum, ubi late hanc materiam prosequitur, et sancti *Thomae* verior, licet raro contingat obiectum aliquod apprehendere et voluntatem nullum actum circa ipsum elicere, et ideo vix aut raro contingit cogitare, quod nunc audienda est missa, et stante cogitatione nec velle nec nolle audire missam. Et tamen possibile est. Potest enim voluntas fluctuare circa hanc cogitationem, donec tempus audiendi missam transiit.

(Ad rationes opinionis 1) Et per hoc ad rationem factam contra secundam opinionem admissio casu dicitur quod peccat praecise peccato omissionis non audiendo missam, nisi sine sua culpa incidere non-apprehensionem seu cogitationem de missa audienda, quia tunc non peccaret.

Et cum arguitur: Nemo peccat in eo quod vitare non potest, dicitur secundum sanctum *Thomam*, quod verum est, quando illam impossibilitatem non incidit ex sua culpa, ut si quis facturus praeceptum sibi voluntarie se praecipitavit in foveam, unde exire non posset, non excusatur a peccato omissionis propter impossibilitatem faciendi, quia ipsa impossibilitas fuit voluntaria. Si vero impossibilitas non est voluntaria aut si incidit sine sui culpa, puta fecit quod in se est, dicitur quod tunc non audiendo missam non peccat. Et huius causa est, non quia non habuit actum voluntatis respectu omissionis, sed quia impossibilitas est inculpabilis audiendi missam, ideo excusatur omissionem a peccato. Illa autem impossibilitas contingit ex defectu actus intellectus, scilicet apprehensionis, quae non est in potestate omitteris.

Sed contra hanc solutionem procedit alia ratio de dormiente. Ideo aliter videtur dicendum, quod ex quacumque causa aliquis incidat in impossibilitatem non omitendi actum praecepti, sive ex culpa sive non ex culpa sua, omitendo praecise non peccat; sicut de furioso, etiam si sua culpa furiam incidit. Unde si ex distractione vel

oblivione non cogitat de missa hora illa, qua tenetur ad missam, non peccat non audiendo missam. Peccavit tamen, si ex culpa sua oblivionem seu distractionem incidit. Unde dicit beatus *Iacobus* cap. 4: «Scienti et non facienti, peccatum est illi.» Non cogitans autem non est sciens, saltem actualiter.

Et huic consonat quod *Alexander* dicit, dum quaerit: Si quis obdormit matutinas, ad quam tenetur, «quando dicitur omisso perpetrari»? At enim quod «non debet dici omittere, quando non surgit, quia tunc dormit; nullum autem peccatum fit a dormiente»; ergo nec omisso, quae est peccatum. «Nec quando se ordinavit dormitioni, quia potest adhuc contingere, quod evigilet et surgat hora debita.» Sed tunc debet dici omissionem perpetrare, «quando aliquis applicat se ad actum illicitum incompositibilem cum illo actu, ad quem tenetur. Ut si iste tenetur ire ad matutinas et inebriet se vel sit in colloquio infructuoso, et sic de aliis, propter quod non surgat ad matutinas, tunc omittit», cum se inebriat aut dum infructuose fabulatur. «Si vero applicat se alicui actui bono, ad quem tenetur, et ex illo fessus dormiat et non surgat, non omittit. Si vero fuerit actus indifferens et tamen impeditivus actus, ad quem tenetur, illi intendendo omittit.» Sed posito quod teneatur surgere et non surgat, nec hoc est ex aliqua causa praecedente, quae in ipso sit, sed tantum quia ligata est vis sensibilis, quaerit: «Numquid omittit dormiendo?» Respondet: «Dicendum est quod non. Subintelligendum est enim, quod tenetur surgere, cum audierit signum surgendi. Sed si non surrexerit ex causa, quae fuit in ipso, tunc omittit, cum causam perpetrat.» Haec *Alexander*.

Sic dici potest quod qui hora audiendi missam non cogitat de missa, non peccat omitendo, si ipse non est in causa non cogitandi. Si vero est in causa, quia aliquid volens fecit vel omittit, ad quod sequebatur non cogitare, tunc peccat peccato omissionis; non tunc, quando non cogitat, sed quando id volens egit, ad quod sequebatur illud non cogitare.

Ex illo inferitur quod aliquod peccatum omissionis non fit sine actu seu peccato commissionis, quando scilicet omisso habet causam praecedentem voluntariam, ut in casibus positus. Sed quando non habet causam praecedentem, ut quando tempore, quo tenetur ad actum perficiendum et potest perficere, non cogitat actum iam esse faciendum, potest non perficere actum debitum absque omni actu positivo voluntatis, et tunc est omisso pura sine commissione.

36	debere om. Tr	9	sine om. TBL incidere incurrit
37	auditionis] omissionis TBL		
R 1	videtur] videatur BL	11/12	secundum... Thomam om. GTr
1/2	q. 10... prosequitur om. GTr	13	facturus... sibi om. BL facturus]
2	sancti Thomae] secundum Thomam		factus T
7/8	TBL	18	est om. GTr inculpabilis] culpabilis
	factam... opinionem] secundae opinionis G; alterius opinionis Tr	22	L ideo om. GTr
8/9	missam om. G	23	in om. GTr
			culpa (1) add. GTr: sua non ex]
			sine GTr omitendo] omitendi L

37/38 Cf. Occ. III q. 13 R (circa finem).
R 1/2 Cf. Occ. ib. P-R.
2 Cf. Thom., S.Th. VII q. 71 a. 5 resp.
7/8 V. supra P 1-7.

11 V. supra P 8.
12/13. 15/16 Cf. Thom. ib.
21 V. supra P 22s.

26	Peccavit] Peccat BL	37	infructuosam] infructuose Tr
30	quant] quas L	41	quia GTr (Alex.) om. TBL
32	ordinavit G (Alex.) ordinat Tr TBL	42	quaerit] quaeritur BL Respondet]
33	quod] et Tr; supra hoc verbum rubro colore: ut surgat GTr L	51	Respondetur BL
	(Alex.) surgat TB	54	Ex] Et ex GTr
34/35	incompositibilem TBL (Alex.) impossibilem GTr	55	non] ac GTr
			faciendum] perficiendum GTr

27 Iac 4, 17; cit. apud Thom. ib. sed c.
29/45 Alex. II q. 114 m. 7 n. 333 (III, 339a/b).

(Responsio ad dubium) Et per hoc ad dubium dicitur quod omne peccatum actuale est voluntarium, ita quod in potestate voluntatis est peccare tali peccato et non peccare.

Patet, quia omne peccatum aut est peccatum commissionis vel omissionis. Si primum, potest actum illum non elicere. Si omissionis, tunc aut potest elicere actum volendi actum, quem omittit, et ita si non elicit, voluntarie omittit. Aut tunc non potest, quando tenetur: aut propter impedimentum, quod fuit in potestate voluntatis, aut quod non fuit in potestate voluntatis. Si secundum, non peccat omittendo; si primum, volens non amovet impedimentum et ita volens virtualiter omisit. Quisquis enim vult antecedens, virtualiter vult et consequens; ergo.

(Ad duas rationes principales) Et per hoc soluta est prima ratio in principio dubii de peccato omissionis, quod ignoranter committitur; quia tale quandoque est voluntarium, et incognitum potest esse voluntarium virtualiter, licet non formaliter, et hoc sufficit ad rationem peccati.

Similiter, licet stet voluntatem non habere actum respectu omissionis peccati formaliter, nunquam tamen omisso est peccatum, quin voluntas habeat circa ipsam actum aliquem virtualiter, ad minus volendo vel nolendo, scilicet aliquid, ad quod sequitur omisso.

(2. De peccato veniali)

De secundo, scilicet peccato veniali, dicitur quod "omne peccatum veniale est voluntarium, quia nemo peccat venialiter, nisi iam habeat voluntatis usum. Nemo etiam peccat venialiter in eo, quod nullo modo potest prohiberi" aut etiam non potuit cavere. "Venialia enim peccata etsi non omnia possint praecaveri vel prohiberi, nullum tamen est singulare peccatum, quod non possit nec potuerit praecaveri."

(Ad tertiam rationem principalem) Et per hoc ad rationem dicitur quod quodlibet venialium vitari potest, licet forte non omnia sic ut nunquam peccetur venialiter. — Ad Augustinum: "Quaedam de necessitate facta sunt improbanda" dicitur quod "Iocundum ad peccata venialia", quia non possumus omnia simul vitare. — Ad Apostolum dicit sanctus Bonaventura: Quod nolo, non privat omnimodam voluntatem, sed voluntatem principaliter moventem; quia in peccato veniali (maxime quod excitat concupiscentiam carnis) voluntas non praevenit movendo, sed motioni accedit complacendo vel non reprimendo. Et ideo venialia non sunt simpliciter involuntaria.

60	Patet om. TBL	72	ipsam] ipsum TrL
61	actum (2) om. TBL	77	habeat] habet GT
63	impedimentum] impetum TBL	78	prohiberi] prohibere GT
64	omittendo] dimittendo TBL	82	peccetur] peccare TBL
65	Quisquis] quisque TB	84	generat] generatur T
66	ergo] add. Tr. etc.	85	qua] qua GT
71	stet] stat GT		
60/65	Cf. Occ. III q. 13 P. (in fine). Q.	83	V. supra N 11s.
67	V. supra N 2.	83/85	Bonav. ib. ad obi. 2.
71/72	V. supra N 6s.	85	V. supra N 14.
76/80	Bonav. II d. 41 a. 2 q. 1 resp.	86/87	Cf. Bonav. ib. ad obi. 3.
81	V. supra N 9s.		

DISTINCTIO QUADRAGESIMA SECUNDA

(Summarium Textus)

In hac dist. 42 agit de peccato actuali quantum ad variam eius distinctionem, tam actus exterioris ab interiori quam utrorumque, in diversas species et membra.

Et summarium sententia Textus in tribus conclusionibus, quarum prima est: Quamvis voluntas actus et actio exterior in eodem et respectu eiusdem sint res duae numero distinctae, unum tamen sunt peccatum diversis mandatis prohibita.

Secunda: Transiente actu peccati interiore et exteriori ab anima, manet ipsa reatu poenae obligata.

Tertia conclusio: Varias sunt distinctiones peccatorum, quorum superbia seu cupiditas radix est et initium omnium malorum.

Ponit autem Magister sextuplicem peccati divisionem, quibus praemissit supra dist. 30 aliam. Accipiuntur autem illae peccatorum distinctiones penes aliam et aliam peccati comparationem sive considerationem. Nam si peccatum consideratur in ordine ad causam, tunc dividitur in originale et actuale; ad poenam, et sic dividitur in mortale et veniale; ad motum, et sic dividitur in peccatum ex amore et peccatum ex timore; ad actum substratum, et sic dividitur in peccatum cogitationis, 15 oris, operis, et additur consuetudinis; ad obiectum contra quod peccatur, et sic dividitur in peccatum in Deum, seipsum et proximum; ad mandatum cui opponitur, et sic dividitur in peccatum et delictum, id est in peccatum commissionis et omissionis; ad vitam a quibus oritur, et sic dividitur in septem vitia capitalia.

Sunt tamen et aliae divisiones ad illas reducibiles, quas Magister non ponit. 20 Quare in sancto Bonaventura in dubiis litteralibus.

1	agit om. GT	8	conclusio om. GT
3	est om. GT-BL	17	et (1)] in G
4	actus om. GT		
4/5	Cf. Lomb. II d. 42 c. 1 (c. 1-3 n. 375-377; MPL 192, 751s).	13/14	Cf. Lomb. ib. d. 42 c. 3 n. 2 (c. 5 n. 379; MPL 192, 752).
6/7	Cf. Lomb. ib. c. 2 (c. 4 n. 378; MPL 192, 752).	14/15	Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 1 (c. 6 n. 380; MPL 192, 752s).
8/9	Cf. Lomb. ib. c. 4-8 (c. 6-10 n. 380-385; MPL 192, 752-754).	15/16	Cf. Lomb. ib. c. 4 n. 2 (ib.; MPL 192, 753).
10/11	Cf. Lomb. ib. d. 30 c. 2 (c. 2 n. 268; MPL 192, 720s).	16/17	Cf. Lomb. ib. n. 3 (ib.).
12/19	Cf. Bonav. II d. 42 dub. 2 resp.	17/18	Cf. Lomb. ib. c. 5 (c. 7 n. 381).
13	Cf. Lomb. ib.	19	Cf. Lomb. ib. c. 6 (c. 8 n. 382).
		21	Cf. Bonav. ib.

QUAESTIO UNICA

A Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum actus exterior, qui a voluntate imperatur, habet bonitatem vel malitiam propriam, propter quam magis quam solus interior voluntati imputatur

5 Praemissis notabilibus, respondebitur ad quaestionem, subditi dubiorum solutionibus.

[Articulus 1]

[Notabile 1]

Quantum ad primum notandum quod quaestio non quaerit de bonitate naturali actus interioris et exterioris, quia, cum manifestum est quod realiter differunt actus interior voluntatis elictus et actus exterior imperatus, bonitas, quae consequitur substantiam actus, etiam est alia actus interioris et alia exterioris. Haec namque bonitas naturalis convenit actui secundum se, non in ordine ad alium. Nec distinguitur a substantia actus. Haec enim bonitate actus exterior est bonus, circumscripto omnino actu interiori voluntatis. Nam »omnis actus exterior potest elici a frenetico et furioso, qui tamen pro tunc» non habent liberum usum voluntatis.

Intelligitur ergo quaestio de bonitate et malitia morali et etiam meritoria.

Neque intelligitur quaestio de actu exteriori et interiori in diversis suppositis, sed in eodem supposito, nec pro diversis temporibus, sed pro eodem tempore. Non enim quaerit de actu voluntatis, quo vult actum aliquem nec tamen procedit ad opus, cum possit (qui est actus remissus et inefficax), nec de actu voluntatis respectu eiusdem, qui non procedit, sed procederet, si posset (qui est velle efficax quantum est ex parte sui), quia ibi sunt duo actus interiores et nullus exterior. Sed intelligitur de actu interiori et exteriori sibi coniuncto, ut sit sensus: Quando actus interior elicitur a propria bonitate, hoc est aliquid recipiat vel acquirit praeter actum elictum.

Potest etiam sic intelligi: Utrum plus imputetur voluntati actus volendi, quem sequitur actus exterior, quam actus volendi, quem non sequitur actus exterior propter aliquod impedimentum, posito quod actus interiores sint quantum ad omnia alia

aequales. Quod est dictum: Utrum peccans actu interiori et exteriori plus peccet quam qui peccat solo actu interiore, ceteris paribus. — Et ille secundus sensus dependet ex prioribus. Si enim actus exterior non habet propriam bonitatem, non plus peccat voluntas cum exteriori quam sine. Et potest hoc plus peccare intelligi extensive vel intensive.

[Notabile 2]

Secundo notandum quod de hac quaestione sunt variae opiniones.

Nam Scotus in Quodlibeto q. 18 tenet partem affirmativam, scilicet quod actus exterior vel imperatus habet bonitatem moralem propriam, aliam quam actus interior elicitus.

Probat primo: »Quae distinctis praeceptis negativis prohibentur, habent propriam et distinctam rationem illiciti.» Sic est de actu interiori et exteriori, quia fornicatio et furtum actus prohibentur sexto et septimo praeceptis, actus interior prohibetur nono et decimo.

Secundo: Augustinus XIII De Trinitate cap. 5: »Mala voluntate quilibet miser elicitur» (miser, id est peccator); »sed miserior potestate, qua desiderium male volentis adimpletur.» »Profecto quamvis et sic male volendo miser esset, minus tamen esset, si nihil eorum, quae perperam voluisset, habere potuisset.» Hoc autem non potest intelligi de miseria poenae, sed culpae.

Item: Bonitas actus moralis est ex integritate »eorum, quae secundum rectam rationem operantis dicuntur debere convenire ipsi actui; est autem alia integritas eorum, quae secundum dictamen rectae rationis debent convenire actui interiori, et eorum, quae actui exteriori, igitur alia bonitas moralis, alia malitia. Et hoc sive private tantum, quia alia carentia eorum, quae debent convenire, sive contrarie, quia alia inconvenientia repugnans illis, quae deberent convenire.»

Item: »Plus puniuntur actus interior et exterior simul quam unus per se; immo exterior plus puniuntur per se quam interior», puta homicidium plus puniuntur quam voluntas homicidii.

A	1	quaeritur] <i>add.</i> GTr: primo	17	quaestio <i>om.</i> GTr
	9	quod <i>om.</i> L	21	qui] quae T nec] Et GTr
	10	different <i>om.</i> G	25	habeat] habet Tr
	15	et GTr (<i>Occ.</i>) a TBL	28	volendi] nolendi TBL
	16	habent GTr (<i>cf.</i> <i>Occ.</i>) habet TBL		
A	9/12	Cf. Scot., Quodl. 18 n.2 (XII, 474). Cf. Occ., Quodl. 1 q.20 a.1 (IX, 101,35-37). 13/16 Cf. Occ. ib. (IX, 101,38-43).	18/19	Cf. Scot. ib.: Occ. ib. (IX, 101,43-45). 23/24 25/26 Cf. Scot. ib. (XII, 474a). 24/26 Cf. Occ. ib. (IX, 101,46-49).
B	30	peccet] peccat TBL	15	dicuntur TBL (<i>Scot.</i>) dictantur GTr
	6	illiciti G* TBL] elicti GTr: <i>add.</i> G	17	alia (2)] et GTr
		<i>iterum supra verbum emendatum:</i>	17/18	privative] privatione BL
	10	miser ... peccator <i>om.</i> GTr	18	debent] dicuntur GTr
			21	plus puniuntur (1) <i>om.</i> GTr
	31/32	V. supra lin. 24-26.		apud Scot. ib. n.12 (XII, 484); cf. Occ. ib. (IX, 100,17-19).
	2/4	Cf. Scot., Quodl. 18 n.12-16 (XII, 484-486).	11/12	Aug. ib. (CChr. 50 A, 392,24-26; MPL 42, 1019); cit. apud Scot. ib.; cf. Occ. ib. (IX, 100,19-21).
	6/8	Cf. Scot. ib. n.1 sed c. (XII, 474). Cf. Occ., Quodl. 1 q.20 (IX, 99,12-100,15).	12/13	Cf. Scot. ib. (XII, 484a). Cf. Occ. ib. (IX, 100,23-26).
	7	Cf. Ex 20,14a.	14/19	Scot. ib. (XII, 484a). Cf. Occ. ib. (IX, 100,28-30). Haec probatio non invenitur apud Scot.
	8	Cf. Ex 20,17.		
	9/11	Aug., De Trin. XIII c.5 n.8 (CChr. 50 A, 392, 26-28; MPL 42, 1020); cit.	20/21	

Sed rationes illae non concludunt.

Ideo est alia opinio *Guilielmi Occam* Quodlibeto I q. 20, item in Quodlibeto q. 13, 14 et 15, item in III Sententiarum *Occam* q. 10, et *Gregorii de Arimino* cunctum quam respondebitur ad quaestionem. Haec opinio responderet ad rationes ti.

Ad primam dicitur «uno modo, quod sunt distincta praecepta propter distinctum actum, quamvis unus actus», scilicet exterior, «non sit malus nisi quia contingatur ab alio actu», scilicet interiore, «malo. Unde per unum praeceptum prohibetur actus interior, per aliud prohibetur tam actus interior quam exterior». Etiam inquit per actum exteriorem intenditur actus interior ac «magis homo delectatur. Unde conceditur »quod sunt distincta peccata sicut sunt distincti actus mali». »potest dici quod sunt distincta praecepta, ne detur simplicibus occasio errandi, »credant, »quod non sit peccatum nisi in solo actu exteriori».

C Ad secundum, scilicet ad auctoritatem beati *Augustini*, dicitur quod «loquimur forte de miseria quoad homines, qui vident exteriora» tantum »et non interiora et de exteriori scandalizantur. Et sic implendo opus facit multa peccata, quae non faciunt si sola voluntate, non opere peccaret. »quia facit peccatum suum» actu interiori Deum, secundo »scandalizat» per opus exterius »proximum. — Vel dicitur quod actus interior semper vel frequenter intenditur, quando »actus exterior interiori committitur. Et sic miserior est, quia voluntas mala, quia miser est, magis sua intentione immatur, vel miserior extensive, non intensive.

Ad tertium dicitur »quod actui exteriori non debetur secundum rectam rationem aliqua integritas circumstantiarum competere, sed tantum actui interiori». Non quidem quod integritas illa sit aliquid superadditum actui interiori, sed est actus ipse voluntate elictus conformiter perfecte dictamini rectae rationis. Sed omnia ob-

24/25	Quodlibeto (1) ... 10 om. GTr	3	exterior G (Occ.) exteriori
26	opinio om. GTr		terioribus TBL scandalizantur
31	actus (2) om. G		TBL (Occ.) scandalizatur GTr
33	sunt (1) GTr (Occ.) sint TBL peccata] praecepta Tr	4	si om. GTr voluntate] add. GTr
C 1	ad (2) ... Augustini] beatum Augustinum GTr	7	est (2) om. G
2	homines TBL (Occ.) hominem GTr vident] videt Tr et (1) TBL (Occ.) om. GTr	10	competere GTr (Occ.) om. TBL
24	Cf. Occ. ib. a.2 (IX, 101,52 - 104,116).		III q. 11 ad dub.3 (VI, 376,11-376,17).
24/25	Cf. Occ., Quodl. III q.14-16 (IX, 253-267).	C 1	V. supra B 9-12
25	Cf. Occ., Sent. III q.11 ad dub.3 (VI, 375,14 - 380,6). - Cf. Greg. Arim. II d.42-44 q.1 concl.5-7 (VI, 323,27 - 326,7).	1/7	Cf. Occ., Quodl. I q.20 ad prob.1 (IX, 105,151-156) cf. Occ., Sent. III q.11 pro tertio (VI, 373,1-9).
28	V. supra lin.5-8.	9/20	Cf. Occ., Sent. ib. pro quarto (VI, 373,9 - 380,6).
28/35	Occ., Quodl. I q.20 ad prob.1 (IX, 104,119 - 106,129) cf. Occ., Sent.	9/10	Occ., Quodl. I q.20 ad prob.3 (IX, 105,138-140).

malis, quae circumstantiae appellantur, actui interiori conveniunt. Exteriori vero actum debetur (ut sit bonus), ut effectivè producat »ab actu bono interiore, et aliam integritatem non habet». Nihil enim aliud est actum exteriorem esse bonum inquantum vel meritorie quam ipsum imperari ab actu bono et meritorio interiore elicto. Haec est tota ratio bonitatis actus exterioris. Et sic praeter actum interiorem nullam aliam habet bonitatem, quia non est bonus propria sua bonitate intrinseca sicut actus interior, sed »solum est bonus quadam denominatione extrinseca, ut supra dictum est.

Ad quartum dicitur quod a lege divina »non plus puniatur actus interior et exterior simul quam interior per se, nisi intendatur interior», dum adiungitur exterior. Sed a lege humana actus exteriores plus puniuntur», quae iudicat secundum ea quae fors apparent, non quae corde latent. Etiam lex humana »frequenter plus puni peccata minora», quando sunt maior occasio »destructionis rei publicae». Sicut plus puniuntur apud homines, si quis furatur ovem quam si fornicetur fornicatione simplici aut quam si diffamat hominem, quamvis furtum tale minus peccatum sit quam fornicatio aut diffamatio. Non autem sic apud Deum. Sic in multis aliis.

[Conclusio 1]

Quantum ad secundum articulum est conclusio prima: Nullam propriam bonitatem D moraliam habet actus exterior, propter quam magis imputatur voluntati quam solus actus interior, secundum *Occam* ubi supra.

[Articulus 2]

Probatur illa conclusio: Quia si actus exterior haberet bonitatem moralem propriam praeter bonitatem actus interioris, aut bonitas illa esset ipse actus exterior aut aliquid superadditum actui. Non primum, quia idem actus exterior potest primo esse bonus et postea malus: ut actus ambulandi ad ecclesiam, si primo fiat propter Deum et postea continuetur propter vanam gloriam; ergo bonitas eius est aliquid praeter actum. Si enim nihil diceret praeter actum exteriorem, existente actu exteriore eodem, semper esset bonus aut semper malus. — Non secundum, quia aut illud superadditum est subiective in actu exteriore aut non. Si non, quaero ubi erat, et non potest assignari nisi in actu interiore; et sic non erit propria bonitas actus exte-

13	circumstantiae] circumstantia TB interiori conveniunt] tantum G; autem Tr vero om. GTr	D 3	secundum ... supra om. GTr
19	sed om. Tr	6	aliquid] aliquid TB
24	quae (2) add. GTr: in	8	postea continuetur] post continuatur TBL
18/15	Cf. Occ. ib. (IX, 105,140s).	11	eraj] erit GTr
17/20	Cf. Occ. ib. ad arg. princ. (IX, 106,152-155).	24	Cf. 1 Reg 16,7.
20	V. supra A 13-15.	D 3	Cf. Occ., Quodl. I q.20 a.2 (IX, 101,52).
21/28	Cf. Occ. ib. ad prob.4 (IX, 106,148-150) cf. Occ., Sent. III q.11 pro secundo (VI, 376,18 - 378,14).	4/9,10/20	Cf. Occ. ib. prob.1 (IX, 101,52 - 102,67).

rioris. Si sic, non erit nisi accidens inherens actui exteriori. Sed hoc non, quia nec absolutum, cum nullo tale sit dabile, nec respectivum, quia talis non est ponendus, ut visum est in I dist. 30. Etiam si ponatur talis respectus, non erit » nisi respectus conformitatis et dependentiae actus exterioris ad actum interiore, quia scilicet elicitur conformiter actui interiori. Sed iste respectus convenit etiam actui causarum naturalium approximationem passivis per » imperium voluntatis. Ut si voluntas imperet approximationem ignis ad candelas, ut accendantur, tunc actus, quo ignis accendit candelas, qui est mere naturalis, esset moraliter bonus, quia est ibi respectus conformitatis eius ad actum interiore vel etiam ad rectam rationem, et nullam conformitatem habet actus exterior ad actum interiore, quin similem habere possit actus ignis vel inimenti ad eundem. Ut si quis velit, ut inimentum comedit pabulum, ut confortetur ad laborandum, et applicet pabulum, tunc comestio asini esset actus moraliter bonus, quod est absurdum.

Alias rationes adducit *Occam* ubi supra *Quodlibeto* I q. 20.

Addo tamen hanc rationem: Quod non est bonum neque malum nisi ad positionem alterius, non habet propriam bonitatem; talis est actus exterior imperatus; ergo non habet propriam bonitatem. — Consequentia nota. — Maior videtur manifeste, quia quod habet propriam bonitatem vel malitiam, habet eam omni alio circumscripto. — Minor probatur. Quia actus exterior imperatus nec bonus est nec malus, nisi ponatur actus elicitus bonus aut malus. Gratia exempli: Si aliquis voluntarie se mittat in praecipitum, actus ille descendens non est vitiosus, nisi quatenus actus praecipitandi elicitus fuerit in voluntate. Nam si paeniteat in casu seu praecipitio et eliciat actum contrarium, quo vellet sese non praecipitasse, iam descendens praecipitii non est vitiosus; aliquin talis cadens simul esset virtuosus et vitiosus: virtuosus propter actum paenitentiae et vitiosus propter motum deorsum.

Item: Actus ille non habet propriam bonitatem vel malitiam, qui non imputatur agenti ad speciem laudem vel improperium, meritum vel demeritum; talis est actus exterior; ergo. — Consequentia nota. — Maior patet: Cuiuslibet bonitati debetur laus propria; sic et malitiae speciale improperium. — Minor probatur: Quia actus interior cum exteriori non imputatur ad maius meritum vel demeritum quam sine exteriori, ut declarabitur in sequenti conclusione; ergo.

13	nec] non GLr	34	seu praecipitio om. GLr
14	nec] non G	35	praecipitasse] cadere GLr praecipitii om. GLr
15	30] 38 TBL ponatur] ponitur Tr	39	improperium G-TBL vituperium GLr
19	approximationem Tr] appropriatorem GLr appropriatorem BL	41	speciale] speciei Tr improperium] vituperium Tr probatur om. Tr
26	ubi supra om. GLr	42	manus] magis G
28, 29	bonitatem (bis)] voluntatem TBL quatenus] quantum Tr actus (2)] add. GLr: se		
15	Cf. Biel I d. 30 q. 4 C-K.	31	V. supra lin. 28.
26	Cf. Occ. ib. prob. 2-6 (IX, 102, 75 - 104, 116).	32/37	Cf. Occ. ib. prob. 3 (IX, 103, 84-91).
29	V. supra lin. 27s.	40	V. supra lin. 38s.

(Conclusio 2)

Secunda conclusio: Non est operatio interior voluntatis cum exterior magis meritoria vel demeritoria quam sit sola interior sine exterior imperata. Quod intelligendum est stante semper aequalitate actus interioris, dum fuerit cum exterior et sine exterior.

Probatur: Et pro clariori intellectu pono quod sit homo volens occidere, et occidat. Ille non est maiori poena dignus apud Deum » quam si vellet occidere et non occideret, supposito quod aequae plenam et in omnibus similem voluntatem occidendi haberet. Et pariformiter dico » de diversis hominibus » habentibus aequae plenam ac in totam voluntatem occidendi, quorum unus occideret, alius impeditus non occideret. Nam unus non plus demeretur quam alius.

Probatur primo auctoritate beati *Augustini* I De libero arbitrio cap. 3 dicens: » Si cui non contingat facultas concumbendi cum uxore aliena, planum tamen aliquo modo sit eum cupere et, si potestas detur », sibi esse cum ea. » non minus reus est quam si in ipso facto deprehenderetur. » Quid est autem » non minus reus est, nisi » quod non minori poena dignus est?

Item *Augustinus* in Epist. 49 de sex quaestionibus ad presbyterum Deogratias, quae plurimum facit ad propositum, q. 4 exponens illud Mt. 7: » Quia mensura mensi fueritis » etc., ait: » In qua voluntate benefeceris, in ipsa liberaimini. » Et iterum: » In ipso animo, ubi appetitus voluntatis humanorum omnium est mensura factorum, continuo poena sequitur culpam. » Et infra: Affectus voluntatis » omnium factorum

E 2	exterior] exteriora G; exteriori T-BL	16	in ... quaestionibus om. GLr presbyterum om. GLr
3	dum ... cum] cum fuerit G; cum fuerit cum Tr	17	quae ... propositum om. GLr q. 4 c. 4 GLr qua] in qua GLr (Aug., Greg. Arim.)
6	si add. GLr: non minus	17/18	mensi fueritis TBL (Aug., Greg.) mensuris GLr etc.] remittetur vobis GLr (Aug., Greg.) ait] dicit GLr (Greg.)
10	Nam ... non] Non unus GLr	18/19	In ... ubi TBL (Aug.) om. GLr (Greg. Arim.)
11	dicentis] dicit Tr	18	humanorum ... est GLr (Aug., Greg.) hominum est humanorum TBL
12	contingat GLr (Aug., Greg. Arim.)	20	om. GLr (Greg.)
13	sit] sit Tr et si potestas] et potestas si Tr add. TBL. non sibi ... ea TBL] esse factum GLr (Aug., Greg. Arim.) est om. G	20/21	Et ... est om. GLr (Greg.)
14	Quid est autem non minus reus est GLr (Greg. Arim.) quidem autem non minus reus est Tr. Non autem minus quidem reus est BL		
15	quod] quam Tr		
E 1/4	Cf. Greg. Arim. II d. 42-44 q. 1 conel. 7 (VI, 324, 8-10).	14/15	Greg. ib. (lin. 25s).
5/10	Cf. Greg. ib. (VI, 324, 10-20).	17/18	Mt. 7, 2.
12/14	Aug., De lib. arb. I c. 3 n. 8 (CChr. 29, 215, 50-53; MPL 32, 1225); cit. apud Greg. ib. (VI, 324, 22-25).	18	Aug., Epist. 102 q. 4 n. 25 (MPL 33, 380).
		19/20	Aug. ib. n. 26 (MPL 33, 381); partim cit. apud Greg. ib. (VI, 324, 38s).
		20/21	Aug. ib.

meritorumque mensura est. Et sequitur. »Ex qualitatibus quippe voluntatum, non ex temporum spatii, sive recte facta sive peccata metimur; alioquin maus peccatum haberetur arborum» succidere »quam hominem occidere; illud enim fit longa mora multis ictibus, hoc uno ictu brevissimo tempore. » Et concludit: Mensura peccatorum »non in productione temporum est, sed in voluntate peccantium».

Et probatur ratione: »Non maus praemium mereatur homo propter voluntatem et opus quam alius propter aequalem voluntatem sine opere, ubi cetera sunt paria» et go. - Consequentia nota. - »Antecedens probatur: Quia alias homo invitus posset per alium hominem fieri maioris et minoris meriti apud Deum et fraudari praemio et gravi supplicio; quod est absurdum. Et probatur consequentia: Quia »in actu exteriori potest homo invitus impediri, sicut clarum est». - Item probatur antecedens per Glossam 2Cor. 8: »Qui multum dat, ut dives, et qui parum dat, ut pauper, si aequa voluntas est, aequalem mercedem habebit».

Ad idem ex intentione propositum ostendit Hugo II De sacramentis p. 14 cap. 6. Unde ait: »Ubi plus datur et ubi minus, differens meritum non est, si aequalis voluntas habeatur». Et multa ibi ad propositum, inter quae et hoc addit: »Et si forte contigerit tantam esse voluntatem in eo, qui non operatur, quanta est in eo, qui opus exerceat, ubi voluntas eadem est, meritum dissimile esse non potest.»

[Conclusio 3]

Tertia conclusio: »Homo plus peccat extensive» »concomitante exteriori operatione quam» sola interiore »voluntate».

Probat: Quia peccat pluribus peccatis. Nam tam voluntas interior mala peccatum est quam etiam operatio exterior imperata. Et haec sunt duo realiter distincta, etiam ab invicem separabilia; et utrumque est peccatum; ergo distincta peccata. Consequentia reducibilis est ad syllogismum expositivum. - Minor patet ex nol. 1. Sed maior patet per definitionem peccati beati Augustini: »Peccatum est dictum

22	recte GTr (Aug., Greg.) recta TBL	34	idem om. G
23	habetur TBL (Aug., Greg.) habet GTr	35	differens GTr (Greg. Arim.) data TBL
24	id est... tempore TBL (Aug., Greg. [temporis]) brevissimum temporis GTr	36/37	contingent GTr (Greg.) contingens TBL
25	est om. GTr	1/2	operatione] opere G
31	antecedens] add. GTr: etiam	3	interior om. G
21/24	Aug. ib., cit. apud Greg. ib. (VI, 324-34-37).	36/38	Hugo ib. (MPL 176, 561 C) cit. apud Greg. ib. (VI, 326-4-6).
24/25	Aug. ib., cit. copiosius apud Greg. ib. (VI, 325, 1-4).	F 1/2	Greg. Arim. ib. concl. 5 (VI, 326-27-29).
26/33	Greg. ib. (VI, 325, 18-23).	3/4	Cf. Greg. ib. (VI, 323, 23 - 324, 2).
32/33	Glossa Lomb. ad 2Cor. 8, 15 (MPL 192, 59 D - 60 A); cit. apud Greg. ib.	6	V. supra A 18-26.
35/36	Hugo de S. Vict., De sacram. II p. 14 c. 6 (MPL 176, 562 C/D); cit. apud Greg. ib. (VI, 325, 26-28).	7/8	Aug., Contra Faustum XXII c. 27 (MPL 42, 418); cit. apud Greg. ib. cit. arg. princ. (VI, 380, 55).

factum vel concupitum contra legem Dei. » Ex quo patet quod non solum actus interior voluntatis, qui intelligitur per »concupitum», sed actus exterior, »dictum» vel »factum», dicitur esse peccatum, quavis actus interior peccatum esse intrinsece, ex-
terior vero tantum denominative. Et sic videtur posse intelligi quod Magister vult, quod, licet interior et exterior actus sint distincti actus, tamen sunt unum peccatum quantum ad imputabilitatem, quia non plus imputatur actus interior cum exteriore quam interior sine exteriore.
Tantum de illo articulo.

[Articulus 3]

[Dubium]

Quantum ad tertium articulum dubitatur iuxta primam conclusionem Textus: G. Utrum actus peccati interior et exterior sint unum peccatum vel duo.

Et videtur quod sint unum peccatum, per Magistrum in Textu.

In oppositum: Superius et inferius quantum ad esse unum vel multa non differunt; nam de quocumque genere praedicatur pluraliter, etiam species, et econ-
verso (Si enim aliqua sunt duo animalia, erunt duo homines vel asini; sic, si duo homines, erunt duo animalia); ergo, si actus voluntatis et operis sunt unum peccatum, erunt unus actus et una res. Si autem duae res, erunt et duo peccata.

Respondetur quod beatus Bonaventura distinguit, quia vel potest dubium intel-
ligi de actu interiori et exteriori coniunctis vel divisis seu separatis, ita quod in uno
sit tantum actus interior peccati et in alio actus exterior simul cum interiori. Et sic
non est dubium, quin actus interior in uno et exterior in alio sint duo peccata. - Sed
primo modo intelligendo, dicit actum interiorem voluntatis et exteriorem esse unum
peccatum, »eo quod ibi est unus contemplus et una aversio et una conversio. Volun-
tas enim est, quae contemendo avertitur, dum ad bonum commutabile convertitur, non
solum quantum ad actum proprium, sed etiam quantum ad actum inferioris po-
tentiae, quae ei subicitur. Quia ergo peccatum, secundum quod huiusmodi, dicit de-
ordinationem per contemptum», quo avertitur a Deo et convertitur ad creaturam,
ideo, »cum ibi sit una deordinatio prima», sequitur »quod peccatum voluntatis et
operis unum est, loquendo formaliter, prout illa coniuncta sunt», licet ibi sint plura
deordinata. »Et ideo, licet peccatum sit unum formaliter, plura tamen sunt materia-
liter.»

8	quo] quae G	11	sic] sit T
9	qui] quae T	14	et (1) GTr (Bonav.) vel TBL
15	Tantum... articulo om. G	15	bonum] bonum T convertitur]
G 1	tertium] secundum TBL		avertitur Tr
8	Sic] Sunt G et (2) etiam G; om. Tr	21	sunt GTr (Bonav.) est TBL
8/10	Cf. Greg. ib. (VI, 380, 6s).	G 1	V. supra Summ. Textus, lin. 4s.
9	V. supra lin. 8.	3	Cf. Lomb. ib.
9/10	V. supra lin. 7s.	9/12	Cf. Bonav. II d. 42 a. 1 q. 1 resp.
11	Cf. Lomb. II d. 42 c. 1 (c. 1-3 n. 375-377; MPL 192, 752s).	12/22	Cf. Bonav. ib.

Sed illa responsio non est propria. Nam esto quod peccatum diceret aliquot idem formaliter in utroque actu, tamen propter hoc non praedicaretur peccatum in singulari de utroque; sicut si eadem albedo esset in duobus subiectis sive una scien-
 25 tia numero in duobus, non ideo dicerentur illa subiecta unum album aut unus sciens. Ideo simpliciter et secundum sermonis proprietatem sunt duo peccata, quantum unum sit peccatum per aliud sive unum peccatum primo, aliud quasi secundario propter aliud.

Et hoc modo intelligendus est *Magister*, quod sunt unum peccatum, id est quod est unum peccatum principale vel per se, ratione cuius sive per quod aliud est peccatum, sicut ignis et calor sunt duo calefacientia, sed ignis non calefacit per se, sed per calorem; vel ut supra dictum est, quod sunt unum peccatum quantum ad imputabilitatem.

Tantum de quaestione.

23	est] videtur GTr	33/34	imputabilitatem] add. G: etc.
24	hoc om. G	35	Tantum de quaestione om. G
25	Cf. Bonav. ib. in fine.	33	V. supra F 11-14.
30	V. supra ad F 11.		

DISTINCTIO QUADRAGESIMA TERTIA

(Summarium Textus)

Egit *Magister* de peccato actuali in generali. Hic de peccato in Spiritum Sanctum, quod gravissimum est, determinat in speciali.

Cuius distinctionis sententia tribus conclusionibus sequentibus explicatur.

Prima conclusio: Est peccatum in Spiritum Sanctum gravius omni peccato, quod nec in praesenti remittitur saeculo nec in futuro.

Secunda conclusio: Peccatum in Spiritum Sanctum secundum quod assignatur varie, aliter et aliter dicitur irremissibile.

Tertia conclusio: Peccato ex malitia obstinationis, desperationis, impenitentiae et laterae oppugnationis gratiae non solum peccatur in Spiritum Sanctum, sed etiam in Patrem et Filium.

QUAESTIO UNICA

Circa hanc distinctionem quaeritur:

Utrum omne peccatum ex malitia commissum sit peccatum in Spiritum Sanctum

Praemissis notabilibus, ponentur responsivae conclusiones et tertio dubiorum solutiones.

[Notabile 1]

[Articulus 1]

Quantum ad primum notandum quod 'voluntatem peccare ex malitia' dupliciter accipi potest:

Uno modo quia tendit in obiectum contra dictamen rationis praesentantis illud sub ratione mali et non boni, veri vel apparentis; gratia exempli odium Dei, quod ratio non-errans non potest ostendere nisi sub ratione mali.

Sed utrum voluntas ex sua libertate possit sic velle obiectum sibi praesentatum a se ratione boni, veri vel apparentis, de hoc sunt opiniones *quorundam* dicentium

4.6.8 conclusio om. GTr
 67 varie] add. GTr: etiam

A 4 ponentur] ponuntur TB
 13 Sed] Et GTr
 14 de hoc om. GTr | quorundam dicentium] quibusdam dicentibus GTr

46 Cf. Lomb. II d.43 c.11 n.1.2 c.1 A 10/12 Cf. Scot. II d.43 q.2 n.1 (VL2, n.386; MPL 192, 754).

67 Cf. Lomb. ib. n.3-9 c.2-3 14/15 Cf. Bonav. II d.34 a.1 q.3 resp. n.388-391; MPL 192, 754s).

8/10 Cf. Lomb. ib. n.2-9-11 c.1.3.4 n.387, 391s; MPL 192, 754, 755s).